



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

4. Residua de vita Christi, non incidentes in Dominicas vel festa
Sanctorum.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)



MEDITATIONES

RESIDVÆ

DE CHRISTI VI-
TA ET DOCTRINA,

quæ non incidunt in Do-
minicas vel Festa.

MEDITATIO I.

De Christi generatione aeterna.

Ioan. 1.

IN principio erat Verbum. Con-
sidera, cum duplex sit Verbum
humanum, vocale, & mentale,
Christum, vt est filius Dei, à
similitudine mètallicæ dici Verbum. i. quia
sicut verbum vel cogitatio mètis nostræ,
qua sibi mens loquitur, sine passione &
corruptione à mète procedit, eiusque est
expressa imago, ita filius Dei incorrupta
X 2 & pas.

& passionis expertem à Patre trahit originem, & expressam eius imaginem generat.

2. Sicut mēs sibi ipsi per verbum vel cogitationē loquitur, & in ea se ipsā & omnia quę scit agnoscit, ita & in filio sibi ipse iter loquitur, & in eo quasi speculo, & in imagine se omnesq; creaturas cōtemporatur. 2. Considera per principium significari primordiū mundi & omnium rerum conditarum: voce autem *erat* denotari filii DEI cum Patre æternitatem. Si enim iam erat Verbum cum mundus conditur, rectē infertur nunquam eius durationem incepisse; Si enim incepisset, iam præcessisset principiū durationis & omnium rerum cōditarum. Deinde dicit, *in principio erat*, non autem, *fuit*, vt significet verbum ita præcessisse res conditas, vt eas cum illis perseverarit & permanerit.

2. *Et Verbum erat apud DEVM.* Considera his verbis primo indicari, vbi fuerit filius DEI, vel Verbum ab æterno, si enim apud DEVM patrem fuit, qui incircumscriptibilis est, nullo certe loco, nullis finibus fuerit circumscriptum. 2. quale fuerit, accidens, vt nostrum verbum mentale, non vocale, in mēte vel aere inharēs, sed subsistens; non in DEO, sed apud DEVM.

3. verbum secundum esse personam & amicitiam Deo patri

Et D u

prima par

dicū patr

Patre de st

gnari idem

cum Patre

personæ r

tamen vn

in hac ora

tionem, vt si

ti, erat DE

hic sequit

in principi

Hoc nem

hoc inqu

apud DEVM

divinum

nostro, c

dum, illu

& ideo su

facta sum

factum es

nus Dei.

DE VITA CHRISTI DOM. 315

3. verbum hoc ita per se subsistere, vt ab eo secundum personam distinguatur. 4. ita esse personam distinctam, vt tamē sociali & amicabili coniunctione maneat cum Deo patre deuincta 5. procedere à Patre.

Et *D us erat Verbum*. Considera, sicut 3. prima parte significata est aternitas Verbi cū patre: secūda vero personalis eius à Patre distinctio, ita hac tertia parte designari identitatem naturæ eius & essentiæ cum Patre, vt licet Pater & filius duæ sint personæ reipsa inter se distinctæ, maneat tamen vnus idemque Deus. Debet enim in hac oratione præconstitui dictio, *Verbum*, vt sit sensus *Et Verbum illud, quod dicitur, erat Deus*. Verborum autem, quæ mox hic sequuntur apud B. Ioannem. *Hoc erat in principio apud Deum*, hæc est sententia. Hoc nempe Verbum, q̄ dico esse Deum, hoc inquam, & r̄ō aliud erat in principio apud Deum. 2. Considera, hoc verbum diuinum in eo distingui à verbo mentali nostro, quod hoc inefficax sit ad operandum, illud vero efficax ad omnia faciēda, & ideo subdit S. Ioannes. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine illo factum est nihil quod factum est* 3. considera, si velis esse genuinus Dei filius, debere te magno desiderio

X 3 aetern-

æternitatis, hoc est, cōspectu Dei fruendo
 in æternum, teneri. 2. conuersationem
 habere in cœlis, id est, apud Deum, & idem
 semper eum præ oculis habere, & non
 terrenas. 3. Deo per intimum amorem
 toto corde iungi. 4. vt si natura esse
 possis idem cum Deo, sis saltem volun-
 te & spiritu. *Qui enim adhoret Deo, in
 spiritu est cum eo.* 5. vt non tantum
 bona cogites & vèlis, sed etiam facias.
 habemus enim Deum diligere, vt habet
 Ioannes, non tantum verbo, sed opere
 veritate.

1. Cor.
 . 6.
 1. Io. 3.

MEDITATIO II.*De Christi filii Dei Incarnatione.**Ioan. 1.*

VERBUM caro factum est. Considera
 quis mūdi status fuerit ante filii
 incarnationem. Nempe idolis colebatur,
 mutuis odiis & cœdibus, aliisque flagitiis
 patrandis totus deditus erat. Omnes
 clinauerant simul inutiles facti: non
 qui faceret bonum vsque ad vnum. Veritas
 exulabat, caritas refrigebat, & malitia
 abundabat, regnabat mors, dominabatur
 sathan, & in infernum innumera anima-

Pf 13.

DE VI
 rum turba
 quis status
 post diuini
 suæ, salu
 rum toto
 Vsq̄ue quo
 quare ob d
 lo in finem
 stia, & sp
 dem ò ve
 ab ætern
 humanar
 CONSI
 diuinaru
 partis aff
 spiciens
 remedio
 peccat
 tris vide
 peccato
 rum pur
 ro in m
 rerur. F
 temerè
 miseria
 emerg
 tum a
 profu

rum turba præcep̄s ruebat 2. perpende
 quis status fuerit S. Patrum in Limbo,
 post diurnam captiuitatē liberationis
 suæ, salutisq̄e mundi cup̄ dorum. Nimi-
 rum toto affectu ad Deum clamabant.
Viqueuo obliuisceris nos in finem. Exurge. Ps. 87.
quare ob dormis Domine, exurge, & ne repel-
las in finem. Veni tandem gloria gētis no-
stræ, & spes vnica stirpis tuæ. Desere tan-
 dem ò vere IACOB domum paternam, &
 ab æterna requie tua descende, & carnem
 humanam assume,

CONSIDERA quomodo sacrum trium 2.
 diuinarum personarū collegium vtriusq̄
 partis afflictissimum statum dolēter per-
 spiciens cæperit agitare consilia de certo
 remedio illos ab æterno exitio, hos à ca-
 ptiuitate diurna vindicādi. Persona Pa-
 tris videbatur propendere in iustitiam, vt
 peccatores secūdam grauitatem delicto-
 rum punirētur. Persona Spiritus sancti ve-
 ro in misericordiam vt peccātibus parcer-
 retur. Filius autē considerans hominē ob-
 temerē affectatam sui similitudinē in has
 miseras delapsū, nec suis viribus posse
 emergere ad salutem, se ipse obtulit para-
 tum ad assumendam carnem, & in ea ad
 profundendū pro salute hominis sangui-

X 4 nem,

nem ; cui oblationi misericordiarū Patet cum Spiritu sancto mox subscripsit, & decreto vnā facto , Mariā Virginem dignissimā esse , ex qua carnem assumeret, mox euocatur Gabriel angelus, qui rem annūtiat, & consensum ab ea impetret.

3. **C**ONSIDERA, consensu à B. Virgine impetrato, quomodo mox post verba illa, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*, Spiritus factus superuenit, & virtus altissimi obumbraverit illam, sicut promiserat angelus, & **VERBUM** caro factum sit, **DEVS** homo, in utero B. Virginis: Sic celebratæ sunt æterni verbi cum natura humana nuptiæ *Sic misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iniustitia & pax oblatæ sunt.* Sic humilis ancilla facta est mater sui creatoris. Sic homo miser & vilis in diuinæ naturæ consortium est exaltatus.

2. Considera, humilitatem filii DEI, quod vilis homo fieri voluerit, imò non homo tantum, sed caro, quæ in homine abiectissima est, communis scilicet cum lûbricis & vermibus, & aliis vilioribus creaturis.

Isa. 4. *Omnis enim caro foenum* Factum est autem caro, non quia conuersum sit in carnem, sed quod ita arctè illi coniunctum sit, ut quicquid fecit **DEVS**, caro vel homo fecisset.

se dicatu
Davs pas

M
De Virg

CVM

lof
si in vte
dera, qua
desponfa
vt per ge
monstra
vadulce
beret sol
cius cela
lestia no
refaciēda
te porco
tamus 2.
se gestati
mororis
centiæ in
conicui
iniquē i
redargu
nere in h
tuā, cum

se dicatur, & quicquid passus est homo,
DAYS passus dicatur.

MEDITATIO III.

*De Virginitate B. Virg. sponso Iosepho
reuelata. Matth. 1.*

CVM esset desponsata mater IESV Maria
Ioseph, antequam conuenirent, inuenta
est in utero habens de Spiritu sancto. Consi-
dera, quare non de simplici virgine, sed de
desponsata Christus concipitur. Primum,
vt per generationem Ioseph origo Mariæ
monstraretur. 2. ne lapidaretur à Iudæis
adultera. 3. vt in Ægyptum fugiens ha-
beret solatium & adiutorem. 4. vt partus
eius celaretur diabolo, vt discas dona cœ-
lestia non facile mūdo & dæmonibus pa-
tefacienda, ne margaritas proiciamus an-
te porcos; & ne per vanam gloriã ea amit-
tamus. 2. considera, B. Virginem, etsi sciret
se gestatione vteri causam suspicionis &
moris daturam Iosepho, tamen inno-
centiæ suæ consciam, & in Deo confisam,
conticuisse, vt discas nō turbari, si quādo
iniquè infameris, modo cōscientia te nō
redarguat, fiduciã autem omnem repo-
nere in Deo, qui non negliget innocentia
tuã, cum opus erit, patefacere toti mūdo.

X s Ioseph

2. *Ioseph cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.* Considera, licet Ioseph secundum legem potuerit accusare & repudiare virginem, postquam cognouit esse grauidam, tamen ad tuendum eius honorè, maluit eam dimittere occultè. vt discas omnium proximorum nomen & famam etiam post eorum lapsum, quod fieri potest, tueri. Deinde eum prius rem diu expendisse, quam aliquid decerneret, & ideo apud Deum meruisse mysterii reuelationem; vt discas in rebus dubiis non præcipitare consilium, sed inuocato Dei auxilio sedulo ppendere, quid opus sit facto. 2. considera, si Deus & matrè suam & sp̄s̄um eius iustum permisit tantopere affligi, non esse quod nos peccatores queramus, si aliqua afflictione à Domino visitemur. si enim iusti perierunt ad meritū; si imperfecti, ad vitæ emendationem.
3. *Hæc eo cogitante, angelus Domini in somnis apparens ei dixit. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in utero natum est, de Spiritu sancto est; pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum.* Considera, quanta mysteria angelus paucis huiusmodi verbis sit complexus. Reuelauit enim in

DE VITA CHRISTI DOM. 311

ad esse saluatorem tantopere à Patribus
expectatum, omnes diuinas promissiones
voceſque prophetarum completas, cõce-
ptionẽ eius eſſe miraculoſam, nempe ope
ſpiritus ſancti, & ex matre Virgine profe-
ctam, ſalutem quoque ab hoc Saluatore
expectatam non eſſe temporalem, ſed ſpi-
ritualem & æternã. addidit enim angelus.
Ipe ſaluum faciet populum à peccatis eorum.
2. Cõſidera, quãto gaudio perfulus fuerit
ſ. Ioseph, poſtquam è ſomno euigilauit,
dum videt ſe non modo ab omni metu &
ſuſpicionẽ liberũ, ſed etiam in tantam di-
gnitatem euectum, vt eſſet electus in ſpõ-
ſum, cuſtodemque matris Dei, imò in nu-
tritium ipſius Meſſiæ & Saluatoris. Vnde
nec dubiũ eſt eum ſtatim ad pedes B. Vir-
ginis tum forte precibus vacantis accidif-
ſe, & veniam pro erratis & ſuſpicionibus
humiliter poſtulafſe, vnaque; cũ ea Deo pro
reuelatione facta gratias egifſe. Vbi dicas
in Deo, ſi quando ad tempus affligeris,
ſpem omnem collocare, qui ſuo tempore
nouit cum tentatione facere prouẽrum,
exiguũque mœrorem ampliffimis
compensare conſola-
tionibus.

MEDI.

De vita Christi ab anno ætatis 12. vsq;
ad 30. Luc. 2.

1. CHRISTVS annorum 12. Hierosolymis
cum parentibus rediit in Nazareth, &
erat subditus illis. Considera Christum, &
scribit B. Lucas, cœpisse primū facere, de-
inde docere Nam 30. annis primo exco-
cuit se in humilitate, paupertate, patri-
tia, obedientia & oratione. deinde ven-
tribus annis vltimis prædicauit & docuit
alios; vt intelligas, si verbo aliis prodelle
velis, prius diu operam dandam pietatis
bonorumque operum exercitationi: nam
non facile docebis alios verbo, quod non
ipse præstiteris exemplo. 2. considera, etiam
scriptum nõ sit, quid egerit Christus post
annum 12 vsq; ad trigessimum, tamen non
fuisse otiosum: à consuetudine mundi
subtraxit, in adeundo templo & orando
frequens, sæpe matrem in humilibus of-
ficiis, sæpe S. Ioseph in fabili arte in-
uit. Nam Marci cap. 6. de eo quidam di-
cunt, *nonne hic est faber?* Cur autem hæc
fecit, nisi vt ad tempus solitudinem ame-
mus, mundi consuetudinem vitemus,

vanam

vanam gloriam fugiamus, prius bene discamus, quam ad alios docendos proficiamus?

CONSIDERA EX VNA PARTE bonum Ioseph strenuè laborantem, vt habeat, vnde carissimam sponsam suam, & mundi fabricatorem sustentet: Ex alia humilem Virginem sua industria, nendo, texedo, aliisque modis prouidentem cibum ei, qui in caelo angelos, & in terra pascit omnes creaturas Compatere CHRISTO, dum aspicias & illum in sudore vultus sui instar primi Adam laborantem, non vt sibi prodesset, sed vt nobis exemplū daret humilitatis, obedientiæ, & caritatis. 2. considera, quantum solatium B. Virginī attulerit tam diuturna filii commoratio, quæ certo credebat mundi creatorem: quanta reuerentia ipsa & Ioseph eum allocuti fuerint. Quam promptus fuerit ille ad omnia, licet nihil ei imperare auderent. Aspice illum seruili cinctorio præcinctū, & per domum currentem, vt nunc S. Ioseph, nunc B. Virginem iunare queat, dolandis asseribus, haurienda aqua, domo euerrenda, foco construendo. Verosimile enim est nullos ibi iussu, vel factu, vel auxillas. Circumstantibus etiam

gelis & obstupescētibz, eumq; cum gaudio iuuantibus.

9. CONSIDERA, quoties præter ista temporalia opera & publica fecerit alia multa spiritalia & sublimia in secreto; ac impietatis, quoties labore diurno fessus in periculum suum cubiculum rediens totus subinde noctes p̄ salute nostra in oratione impenderit. Quoties multas horas rebus cœlestibus matri patrique explicandis impēderit. Quoties per diem laborandi causa, petita à parentibus facilitate, interrupperit. Quoties memor inobediētiæ parētum primorum, ingratiūnis hominum, & perditionis tot animarum cum lacrymis animam suam crucifixi, ut iram Dei placaret, & salutē nobis petraret. 2. Considera, quod B. Lucas dicit, *Christum cum a tate creuisse in sapientia & gratia apud Deum & homines.* ut dicitur si verē Christum imitari velis, te debet operam dare, ut nullum vitæ tempus fructu abire permittas, proficiēdo devotute in virtutem, tum apud Deum, per observationem diuinorum præceptorum tum apud homines per exempla bonorum operum,

De Prædicatione Ioannis Baptista. *Matt.*3. *Marc 1. Luc 3.*

IOANNES Baptista habebat vestimentum *I.*
 depilis camelorum, & zonam pelliceam
 circa lumbos: esca autem eius erat locusta, &
 mel sylvestre in deserto. Considera Ioannem
 adhuc puerum ingressum desertum, ibiq;
 usq; ad trigessimam ætatis annum in sum-
 ma austeritate vixisse, vt discas in vita se-
 mel piè inchoata perseuerare, etiã si mo-
 lestiæ nonnullæ occurrant *2.* considera,
 quod Ioannes in utero matris sanctificatus,
 quo inter natos mulierum maior nullus
 fuit teste Christo tã seuerè tractauit cor-
 pus suum, quid nobis, qui peccatis & im- *Matt.*
 perfectionibus pleni sumus, faciendũ sit. *II.*

E deserto autem digressus, circa Iordanem *2.*
 prædicaui baptismum, dicens. Pœnitentiam
 agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.
 Considera, Deũ euocasse Ioannẽ ex deser-
 to ad prædicationis officium, tum vt ostē-
 deret, perfectionẽ vitæ Christianæ nõ in
 sola contẽplatione, qua nostræ salutĩ stu-
 demus, sed etiã in actione, qua salutĩ alio-
 rum operam damus, consistere: tum vt in-
 telligeremus eos, quibus incũbit munus
 alios

alios docendi, debere esse amicos penitentiae, orationis, & contemptus mundi, quod docent verbo, testentur vitae exemplo. 2. Considera, quis scopus, quod argumentum debeat esse praedicatori vel doctori aliorum, nepe ut homines adducant ad poenitentiam, id est, ad contritionem, confessionem, & satisfactionem pro peccatis. Et quia arduum id & durum videri posset, molliuit S. Ioannes hoc in praedicationis, dulcedine maximi praemii nempe regni caelorum appropinquandi, ut discas & tu inculcare hominibus magnitudinem mercedis futurae, si poenitentiam amplexi fuerint.

3. *Tunc exhibat ad eum omnis Iudaea, & captivabatur ab eo confitentes peccata sua, & dicebat. Ego quidem aqua baptizo, & tu. Veniet autem fortior me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamenti, qui baptizabit Spiritu sancto & igni. Considera, quae tam auctoritatem sibi conciliarit sollicitudinis sanctitate B. Ioannes, non solum imperitum populum, sed etiam Principes, scribas, & phariseos, sic ut turmatim ad audiendum conuolarent; imò etiam suspicarentur esse ipsum Messiam in lege promissum. Unde & collecta sunt ista, ut*

DE
le eos a
fufcipie
duxerit
qui cur
nuiffet,
fed vt C
deunita
mirum
imprim
nomini
se omni

De Ba

IESV S
nem a
Confid
bus & r
fine loc
comira
re fe tu
atque t
Ioanni
poenit
cum il
poenit
mniù,

le eos ad patefacienda publicè peccata, & suscipiendum nouum baptismi ritum adduxerit. 2. considera humilitatē Ioannis, qui cum tantum nomen sanctitatis obtinisset, tamen non se effert, non prædicat, sed vt Christum extollat, eiusq; patefaciat diuinitatē, se pedibus eius submittit. Nimirum probè norat ad veram sanctitatem imprimis pertinere, honores, & magnam nominis existimationem contemnere, & se omnibus propter Christum subicere.

MEDITATIO VI.

De Baptismo Christi. *Matt. 3. Marc. 1.*

Luc. 3.

IESVS venit à Nazareth Galilæa in Iordanem ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo. Considera filium Dei, simulatq; parentibus & mundo valedixit, incedere solum, sine locijs, (qui tamen habere poterat in comitatu multa angelorū millia) miscere se turbæ publicanorum & peccatorum, atque si vnus esset de populo, subiicere se Ioannis magisterio, vt ab eo baptizetur in pœnitentiam & remissionem peccatorū: cum ille prorsus esset peccati expers, nec pœnitentia egeret, imo esset magister omnium, qui solus baptizaret in Spiritu sancto.

cto. Nos autem licet peccatis pleni, volumus videri gloria & honore digni, aliis imperare. 2. Considera, Christum nunquam se in actionibus suis exhibuisse, vel obtinuisse tanquam eximium & singularem hominem, sed ceteris similem: unde voluit more aliorum circumcidi, in templo presentari, & nunc à Ioanne baptizari, ut dicitur in omnibus actionibus etiam spirituales te aliis accommodare, nec peculiaria privilegia tibi vindicare ob doctrinam sapientiam, opes, industriam.

2. *Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Tu à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* respondit IESVS. sine modo, sic enim dicitur implere omnem iustitiam. Considera, quomodo stupor inuaserit humilem Ioannem, cum videret hoc modo Salvatorem mundi venientem ad se, cogita, quomodo magnopere ei occurreres, se statim ad pedes eius iecerit, dicens. *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Absit, absit, ut ego audeam te baptizare, creatura vilis creatorem pro Deum. 2. considera, quomodo vixit Christus humiliavit se coram Ioanne, quomodo ambo non de prerogativa honoris nos sed humilitatis & abiectionis, considerant 3. considera Christum complementum iustitiæ vocare, si submittat se Ioanni

est, creator creaturæ, quæ ergo erit iustitia nostra, dum non solum contemnimus inferiores, sed etiam ægré submittimus nos æqualibus aut superioribus?

CHRISTVS à Ioanne baptizatus mox ascēdit de aqua, eoq; orante apertū est cœlū, & S. spiritus in specie columbæ descendit in ipsum, & vox audita: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Considera, quomodo rex angelorū non reformidat se in cōspectu hominū vestibus spoliare, & aquā intrare, obstupescētib; angelis, & vestes subleuantibus. Deinde quā trepideloānes sequatur, & aqua caput Christi deuotè perforat. z. cōsidera, ppter hāc ineffabilem Christi abiectionē ruptū cœlū, effulos exco angelos, vt nuditatē eius operirent. Et quia homines nō capiūt tantā humilitatē, voluit De^o declarare voce cœlit^o missa, hāc virtutē esse, qua sibi maximè cōplacuit in Christo 3. cōsidera, descensu colūbæ indicari, Spiritum S. illabi illis, qui pprietates habet colūbæ. Nā velut illa vititur gemitu pro cātu, nō ferit rostro caret felle nō habet yngues recuruos, & educat pullos alienos æquē ac proprios: sic homo perfectus dolet de peccatis, famā nullius lædit, est ira odijq; expers, nil alienū vsurpat, necessitatib; pximi æquē ac suis pspicit. (X a

MEDITATIO VII.

De Vocatione primorum quinque discipulorum. Ioan. 1.

- A**LTERA die stabat Iohannes, & ex discipulis eius duo: Et respiciens Iesum ambulante, dicit. Ecce agnus Dei. Considera, Christum venisse ad seruum suum Iohannem Baptistam, 1. vt eum honoraret. 2. vt eum sui aduentus eum acciperet. 3. vt aliquos eius discipulos ad Apostolatam vocaret. Vnde Iohannes demonstrando illis Christum, mentibus eorum tantam imperitiam dignitatem Saluatoris, vt eis persuaderet Christum sequendum. 2. considera, quomodo Iohannes primo steterit. 2. respexerit Iesum ambulante. 3. dixerit, ecce agnus Dei. Deinde discite, si alios docere velis, primo debere te esse constantem in doctrina & vita in exemplo. 2. debere diligenter torquentur Christi progressum expedere. 3. hanc Christi vitam aliis imitandam proponere.
- 2.** *IESVS conuersus, videns duos discipulos sequentes se, dixit. Quem quaritis? Tuus Rabbi vbi habitas? Et Iesus Venite & habitate cum vobis.* Considera, Christum statim conuersum oculos in eos qui se sequuntur, vt dicitur.

DE VIT
qui relict
ob virium
inita aspe
dere, nam
cordia sua
duciam, vi
hos duos c
spera comi
benigne r
pus esse, q
Deoque se
mitatus est
senectute,
Venerun
pud eum m
quasi decim
promptior
ad petend
aliud scisc
vt postea e
tam exigu
inuitavit e
lent vna p
Euangelist
eum man
vbi erat C
mundi: C
aocis fue

qui relicto mundo Christum secuti sunt, ob virium suarū imbecillitatem, aut vitæ inicitæ asperitatem non animum despondere, nam talibus mox Christus misericordiæ suæ respectu addit animum & fiduciam, viresque suppeditat. 2. Considera, hos duos discipulos impendente licet vespera comitatos Christum, illosque ab eo benignè receptos, vt discas nullum tempus esse, quo non possimus facere bene, Deoque seruire. Qui iniuuentute non comitatus est Christum, saltem comiterur in senectute, ætatis vespera.

Venerunt & viderunt, vbi maneret. & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. Considera, quanto Dominus promptior sit ad dādum, quam nos simus ad petendum. Nam cum Dominum non aliud sciscitati essent, quam vbi habitaret, vt postea eum inuenire possent, is nō fuit tam exigua petitione cōtentus, sed porro inuitauit eos, vt secum pergerent, & si velent vna pernoctarent. Recte autem dicit Evangelista discipulos illos tota die apud eum mansisse, neq; enim nox esse poterat, vbi erat Christus verus Sol iustitiæ, & lux mundi: O quam suauia illius clarissimæ noctis fuerunt colloquia? 2. Considera,

sicut discipuli illi experientia probatur
quam iucundum fuerit toto die commu-
rari cum Christo, eumq; loquentem au-
re. ita religiosos, qui summa spiritus
pate fruuntur, in sua religione solos
te, quantum bonum sit seruire Deo.

II. PARS.

1. *Duorum illorum unus erat Andreas*
inuento Simonifratriformox dixit. Inuenit
Messiam & adduxit eum ad IESVM. Con-
sidera Andream statim post inuentum Me-
ssiam, thesaurum absconditum, spiritu
postolico communicare fratri suo, ut
pe qui sanguine dudum sibi iunctus est
etiam fidei & religionis studio iungatur
& ideo recte ait se inuenisse Christum, quod
hoc est inuenire Christum, amore emul-
cendi, curandæ etiam proximi salutem
cumbere. 2. considera quam alius longum
spiritus huius seculi, quod omnibus
labo rat, ut sanguine iunctos & cognatos
abstrahat à studio perfectionis & Christi
in abrenunciatione omnium rerum
ctanda.

2. *Intuitus Simonem IESVS, dixit. Tu voca-*
beris Cephæ, vel Petrus. Deinde inuenit
Philippum

DE V
Philippum
lippus au
Inuenim
Tum ille
esse: Con
nam, qu
fuerit, &
sterius, &
eum indi
rum. 2. C
sequēdu
nus, ut &
suum no
aliis com
zareth H
separata
non poss
Si enim
omnia op
tus à mu
spiritu. S
ris, nō fa
nique fle
dorem p
Vidit
cens. Eco
Tum ille
inquit,

Philippum, dixitq; ei IESVS. Sequere me. Philippus autem inuenit Nathanael, & dixit. Inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Tum ille, A Nazareth potest aliquid boni esse: Considera, mirabilem Dei providentiam, quod cum Andreas prior vocatus fuerit, & immediatè à Deo, Petrus verò posterius, & per hominem, tamen Christus eum indicet Ecclesiæ fundamentum futurum. 2. Considera, propriū eorum qui ad sequendum Christum adducuntur, esse munus, ut & alios adducant, hoc est, bonum suum non sibi soli vsurpent, sed liberaliter aliis communicent. 3. Considera, voce Nazareth Hebraicè significari sanctificatam separatam, custoditam & floridam; itaque non posse nō aliquid boni ab illa manare. Si enim sanctificatus, & in gratia Dei sis, omnia opera tua sunt meritoria, si separatus à mundo, sanctus redderis corpore & spiritu. Si sensum portas sedulo custodieris, nō facile ab hoste expugnaberis: si denique floridus, non potes non bonum odorem piæ vitæ exemplo exspirare.

Vidit Iesus Nathanael venientē ad se dicens. Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. Tum ille: Vnde me nosti. Cum esses sub ficu, inquit, vidi te. Tum ille Rabbi tu es filius

I 4 D. i

Dei, tu es rex Israel. Considera, eos Deo
 carissimos esse, & verè Israelitas, id est, per-
 fectos Christianos, qui ab omnibus dolis
 & fraudibus sunt alieni. Vnde & Christus
 Apostolis hanc virtutem commendauit,
 dicens. *Estote simplices sicut columba.* Et in
 Canonizatione Sanctorum hæc imprimè
 virtus commendatur. 2. Cōsidera, Nathana-
 naelem, licet Apostolica hac virtute pe-
 ditus esset, tamen in numerum Apostolo-
 rum nō esse ascitum, quia Christus voluit
 conuerti mundum, & humanam confu-
 di sapientiā per homines rudes & idiotas,
 quo constaret nō humana sed diuina vir-
 tute Christianam religionem persuadere
 mundo. Nathanael autē erat homo erudi-
 titus & legis Doctor. 3. Considera, doctri-
 na adiutum Nathanaelē, vt citius aduer-
 terit Christum secum loquētem esse Mes-
 siam, quia videbat duo illa abditissima
 quę de ipso prodidit Christus, non posse
 se sciri, nisi à Deo.

MEDITATIO VIII.

De eiectione templo vendentibus. Ioan.

IESVS Hierosolymam ingressus, cū in tem-
 plo inuenisset vendentes oves & boues, &

gello omnes eiecit. Considera, Christum ante omnia adiisse templum, quia in omnibus actionibus suis primo semper querebat Dei gloriam. Et cum aduertet illud foede à negotiatoribus profanari, licet mortalium mitissimus esset, & ipse agnus Dei zelo diuino accensus ex funiculis forte oblatis cōfecisse flagellum, terribiliq; vultu totam illam sacrilegam turbā eiecisse. Consumatur & cor tuum vindicandi diuini honoris zelo, quando tuum Dei templum, id est, animā tuam aduertis beluini carnalium affectuū motibus profanatum, & flagello pœnitentię in illud desuuias. 2. cōsidera funiculis designari peccata, quibus homo velut funibus cōstringitur, vt intelligas Deum ex peccatis nostris sumere castigādi materiam, eo quod dum in malo persistimus, & peccatis peccata addimus, multiplicemus funiculos, è quibus fiat flagellum quo castigemur.

Prou. 5.

Eiecit quoq; oues, & boues & nummulariorum effudit as, & mensas subuertit. Considera oues esse, qui specie pietatis alios decipiunt; boues, quæ sunt bestię laboriosæ, esse prædicatores, qui ob quęstum suū, & non ob lucrum animarum verbum Dei annunciant; nummularios autē, qui Deo

Y s non

non integrè seruiunt, sed partim Deo, partim mundo, & qui non purè quærunt Christi gloriam in actionib. suis, sed sua potius commoda. 2. Considera, si Dominus tam grauer tulit animalia innoxia, ementesque & vendentes illa tantum, quæ culmi diuino erant dedicata, & iam iam offerenda, quid facturus esset, si inuenisset in homines cõfabulantes de rebus vanis, negatores, impudicos, famæ alienæ detractores, irrisores, nullaq; deuotione præditos.

3.

Et his qui columbas vendebant dixit. Auferre ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. Cõsidera columbas spiritualiter vendere eos, qui receptam Spiritus sancti gratiam, non gratis viderent, sed pro mercede aliis communicant: vel qui non secundum meritum, sed secundum hominum fauorem & gratiam, illam impertiunt, vel deniq; qui beneficia Ecclesiastica Simoniacè emunt, vel vendunt. 2. Considera, Christum mitius locutorum videntibus columbas, tum quia pauperiores & simpliciores homines esse solent, qui vendunt aues, tum quia per columbas, volucres innoxias, Spiritus sanctus designabatur. Vt discas, zelum temperare, quando agendum est contra eos, qui exi-

gnoran-

DE VI
gnoran
malitia
honore

De colle

Iesvs
fontem
ridiem.
montes
sine cib
uiculan
dem mo
re supra
ceps ven
culas re
duce vi
confide
det sup
mortu
ad qua
dicent
supra p
uam c
funda

DE VITA CHRISTI DOM. 3. 7

ignorantia & simplicitate potius quam ex
malitia & proteruita in aliqua re diuinum
honorem lædunt.

MEDITATIO IX.

*De colloquio Domini cum Samaritana
Ioan. 4.*

IESVS fatigatus ex itinere sedebat sic supra
fontem sub horam sextam, id est, circa me-
ridiem. Considera, Iesum benedictum per
montes & valles à mane vsque ad meridiem
sine cibo & potu quærentem errantem o-
uiculam, vt eam deducat ad ouile, ac tan-
dem more hominũ de via fessorum sede-
re supra fontem, vt ibi tanquã peritus au-
ceps verborum suorum reti aucupetur au-
culas ratione præditas, vnaque capta, ea
duce vtatur ad alias in rete illiciendas. 2.
considera eũ sedere sic, id est, in terra, qui se-
det supra Cherubinos: sedere supra aquas
mortuas, vt cõmutaret eas in aquas viuas,
ad quas per Prophetam omnes inuitauit,
dicentem, *Omnes sitientes venite ad aquas.*
supra puteum profundum quasi super no-
uam cathedrã, vt patefaciat noua & pro-
funda mysteria scripturarum.

Venit

2. *Venit mulier de Samaria haurire aquam, cui dixit: Da mihi bibere: Discipuli enim morantur in urbem ut cibos emerent. Considera, admiranda Dei iudicia, & quam verè dixerit Apostolus. Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei* Mulier enim hæc neque quærebat Christum, neque curabat ad salutem, minus volebat, & tamè diuina pietas eius est miserta, liberans eam à peccatis, & similem efficiens Apostolo, utpote quæ Samaritanis Christum annunciauit 2. considera, eum qui venerat ad dandum verum potum, postulare bibere, ac debet nimirum desiderio, non iam extinguendi sitim corporis, sed cordis, hoc est animam illam conuertendi. Nec enim legitur, eum postea bibisse. Parui faciebat Dominus lassitudinem suam, & sitim, plus æstimabat animæ salutem, quam potum aquæ, 3. Considera, tunc potum petere nobis Dominum, quando interna inspiratione nos impellit, ut relictis peccatis conuertamur ad se fontem aquæ viæ salutis in vitam æternam.

Rom

9.

1. *Quomodo, ait, mulier, tu cum Iudæis bibere à me Samaritana poscis? Tum Iesus. Si scires, quis poscat, forsitan petisses ab eo aquam viuam. Considera Christum ex habitu à Samaria*

Samaria
sivelime
vri debe
stiani.
nos etia
sidera s
materia
docere
catorer
di de ta
quod ei
jim qu
iute spi

hy
viuam
non sit
aquam
latim
enim
dicat.
effect
& salia
anim
gnora
tefac

Samaritana agnitum Iudæū, vt discamus, si velimus imitari Christū nos eo habitu vti debere, quo cognoscamur esse Christiani. Turpe est enim honestate habitus nos etiam à Turcis & Iudæis vinci. 1. Considera sapientiam Christi sensim ab aqua materiali transeuntis ad spirituales, vt doceret nos, cum volumus cōvertere peccatorem, opportunitatē venari loquendi de tali materia, & primum loqui de eo quod eius professioni conuenit, & pedetēsim quasi aliud agendo in sermonē de salute spirituali delabi.

II. P A R S.

DOMINE ait mulier, puteus altus est, nec hydriam habes, vnde ergo habes aquam viuam? Respondit, qui biberit ex mea aqua, non sitiet in æternum. Tum illa. Da mihi hanc aquam. Considera, qua arte Dominus paulatim cor durum mulieris emolliat primo enim se magnum aliquem virum esse indicat. 2. promittit aquam viuam. 3. exponit effectus aquæ, quod sitim perpetuo tollat & saliat in vitam æternam, id est, viuificet animam. O raram liberalitatē Christi, ignorantibus viuam gratiæ suæ aquam patefacientis, ac non petentibus etiam offerentis.

rentis, nec mirum. Inam diuinæ bonitatis fons est sui ipsius diffusius, & ideo quare hortos, in quos donorum riuos effundat, & cōsidera aquam huius mundi significare opes, honores, & voluptates seculi, que non possunt extinguere sitim, sed augere potius. Aquam verò Christi, designare gratiam Dei & bona cœlestia, quæ vere sitim nostram explent, & extinguunt.

2. *Vade, inquit Iesus, voca virum tuum. Tu mulier, non habeo virum. At Iesus, quinquaginta habuisti, & quem habes tuus non est. Tu illa. Video, quia Propheta es tu.* Considera Dominum nō ante se voluisse manifestare illi, quam confessa esset, virum suum nō esse, cū quo habitaret, ac proinde se peccatricē esse. Neminē enim gratiæ suæ participem facere solet, nisi prius se humiliter & peccata sua confiteatur. 2. considera, quia mulier proculdubio hac confessione suam multū tribuerit, quo modo à cœlesti medico mox fuerit adiuta & curata; benignus enim confessionem eius cōfirmavit, & bene collaudavit, quod verè dixisset. Honorifica enim res est apud Deum peccati confessio, & laudē potius, quam pœnam meretur. 3. considera, quo modo post expiata humili cōfessione crimina, aqua viua ante ob-

te oblata
vivi font
nō enim
phetam
Messiæ a
Cum n
vni Iesus
mulier re
tura se v
vni sunt e
quomod
verbis C
& capi a
adhuc, c
cum que
lam ven
Quid hi
ret, & o
portaret
qui loqu
so dato,
nis accen
hydræ,
pulum e
ctum ef
iam bib
rat, vt d

te ob-

te oblata ex anima illa scaturiat & sensum viui fontis instar in cœlum ascendebar, nō enim vocat amplius Iudæum, sed Prophetam, loquitur de adorando Deo, de Messia aduentu.

Cum mulier dixisset, scio quia Messias veni. Iesus ait. Ego sum, qui loquor tecum. Sic mulier relicta hydria abiit in urbem, nuntians se vidisse Messiam. Discipuli autem mirati sunt eum cum muliere locutū. Cōsidera, quomodo sylvestris hæc ouicula paulatim verbis Christi emollita patiatur se tangi & capi à suo pastore. Ignara enim licet adhuc, quis sit, incipit in eum credere, cumque amare; & ideo dicit se scire Messiam venturum, & optare ab eo doceri. Quid hic restabat, nisi vt pastor se proderet, & ouiculam in humeros reiectam deportaret ad ouile. Dixit ergo ei. *Ego sum, qui loquor tecum.* 2. considera, hoc responso dato, tantum ignem in pectore mulieris accensum, vt ardoris impatiens, oblata hydria, aufugerit in urbem, quo totū populum eodem igne accenderet, sicut & factum est. Nec mirū est hydriae oblitā, quia iam biberat, iam sitim perfectè restinxerat, vt discas & tu deserere hydriam carnalium

3.

lium cupiditatum, si velis aliis viam salutis ostendere. 3. considera. Apostolos multos, Christum loqui cum muliere, quod beatus ait, ut doceret in primis religiosos & clericos, raro loqui cum mulieribus, & solum paucis verbis, nec sine comite.

MEDITATIO X.

De principio Predicationis Christi.

Matt. 4. Marc. 1. Luc. 4.

1. **I**ESVS relicta civitate Nazareth venit in civitatem Capharnaum Galilee metropolitanim. Considera cur Iesus patriam suam deserat nempe ut doceret si libere velim aliis annuntiare veritatem, debere ex nos omnem inordinatum erga parentes cognatos affectum deinde munere predicandi fungi, ubi spes est uberioris fructus, ut erat in alia urbe populosa. Tertio, consideret modum in persecutione servandum, ut scilicet non temere nos periculis exponamus, sed fugiamus cum Christo, quia patria non erat receptus. 2. considera. Iesus non inchoasse predicationem Hierosolymis apud principes, sed apud populares Galilaeos, ut doceret non esse ambiendas cathedras celebres, sed vnum

nimarum fructum spectandum. Unde & tot millia de populo eum sequebantur.

Exinde coepit Iesus predicare, quonia ap- 3:
propinquavit regnum Dei. Pœnitementi, &
credite Euangelio. Et fama exiit de illo per
totam regionē. Cōsidera causam cur Chri-
stus non cœperit prædicare, nisi Ioāne Ba-
pista in carcerē coniecto. Nempe ne oc-
calionem daret Schismati, vel dissensionē
populārī. deinde ut exēplum humilitatis
daret prædicatoribus, ut facile cedant, nō
solum superioribus, sed etiam paribus &
inferioribus in munere prædicandi. 2. à
pœnitentia exorsus est, sicut Ioannes, tū
ut eius doctrinam cōfirmaret, tum ut do-
ceret nos, non aspernari aliorum, qui nos
percefferunt, si bona sit, doctrinā. Ad hæc
ut ostenderet, primam & auream clauem,
qua peccatoribus aperiatur regnum cœ-
lorum, esse pœnitentiam, hoc est, dolorē
de peccatis vitæ antea actæ, confessionem
eorundem, & satisfactionem per bona o-
pera. Hac enim pœnitentia regnum cœ-
lorum, quod propter peccata longissimè à
nobis recessit, rursus nobis appropinquat,
modo vera fides catholica à pœnitentia
non absit.

Et circuibat totam Galileam, docens in 3e.

℞

Syna.

Synagogis, & sanans omnem languorem, & secuta sunt eum multi a turba. magnificavit eum. Cōsidera, hic in Christo, velut in speculo formā boni Prælati, & prædicatoris. Primò enim debet circuire, id est, omni ignauiam excutere, & subditos inuicere, cognoscereq; num omnes recte credant, & uiuant. 2. circuire Galilæam, in qua gentiles mixti Iudæis, pauci diuites, multi pauperes, id est, omnes promiscuè Christi crucifacere hereticos, malos Christianos, & inopes. 3. docere in Synagogis, tradere doctrinam Christianam, in scholis & templis. 4. adiuuētō esse non solum in rebus spiritualibus, sed etiam in corporalibus. 5. doctrinam tradere non curiosam, sed animabus salutarem, & communi omnium Christianorum consensu approbatam. doctrinam verbis traditā, stabilire exēplis.

MEDITATIO XL

De socru Simonis. Matt. 8. Marc. 1.

LUC. 4.

1. *Egressi de Synagoga uenerunt in domum Simonis. Socru autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt Iesum pro ea. Cōsidera, non caruisse mysterio hanc*

transitum Iesū ad domum Petri ex Synagoga Nusquam legimus illum post itineris & prædicationis labores ad quietē vel cibum capiendū diuertisse ad magnifica palatia, sed ad piscatorum, aliorumque pauperum ædes, vti hæc Petri fuere. Quid autē aliud erat hæc Petri domus nisi Ecclesia; cuius Petrus custos & pastor factus est, dum CHRISTVS ei diceret. *Si diligis me, Ioh. 21. pascere oves meas.* Quas Christus elegit in sponsam, repudiata rebelli Iudæorum Synagoga. 2. considera Apostolos non solum invisisse agram, sed etiam intercessisse pro illa, vt discas, cum non potes opere, precibus saltem apud Deum & homines diuites infirmos iuuare, deinde & implorare auxilia Sanctorum in cælo, vt patrem misericordiarum pro nobis & illis interpellent.

Iesvs accedens illam imperavit febre, & manu eleuauit eam, & mox surgens ministrabat eis. Considera, cur Iesus cōsciū illam agrā esse, expectarit, donec discipulū rogarent pro ea. Nempe quia domus Petri debuit esse domus fidei, caritatis & orationis, & ideo illas virtutes in ea exerceri voluit. Potuit & verbo absens eam sanare, sed ad ostendenda maiora amoris

Z 2 signa

36 MEDITAT. RESIDVA

figna voluit in persona propria cā adire, manuque rāgere, & febrī imperare, vt rāgendo se hominem, imperando Deum esse monstraret. 2. Considera, quomodo febris non solū recesserit, sed vires ita in te firmatae fuerint, vt repente ex lecto exiliis ceperit magno studio, vt gratam se ostenderet, ministrare. Vt discas, non te dare otio, cū à peccatis fueris solutus, & iactūis prateriti temporis in morbo vel corporali vel spirituali factam, nouo studio recircare.

3. *Vespere factō varios agros ducebant ad eum, & demoniacos, & ille manu impoſita eos curabat. Dæmonia autem clamantia, & es filius Dei, non sinebat loqui.* Considera, sola Petri domo, id est, Ecclesia Romana esse absolutionem ab omni genere spiritualium morborum, id est, peccatorū, & etiam corporalium, quādo fiunt miracula. 2. vesperi vel nocte tribulationum plures sanari, quā luce prosperitatis, per aduersa enim plures redeunt ad se, & conuertuntur ad Deū, quam per prospera. *Vexatio dat intellectum.* 3. Christum non permisisse loqui dæmonia, vt doceret nos, dæmonem semper pro hoste infesto habendum, & nunquam ei communicandum, sicut

Is. 28.

siue in bonis, siue in malis. Quo enim videtur commodis nostris amplius fauere, hoc amplius nostræ salutis insidiatur.

MEDITATIO XII.

De Paralytico iuxta piscinam sanato.

Ioan. 5.

IESVS à paralytico ; 8. annorū iuxta piscinam Hierosolymis iacente cum rogasset. Vne sanus fieri? Is respondit. Hominem non habeo, qui mittat in piscinam. Considera diuinæ sapientiæ altitudinē, quod ex plurimis ægris ibi iacentibus vnum tantum sanandum sumat: id enim facit, vt conferuemur in timore Dei, in cuius manu vita æquē ac mors nostra posita est. Deinde vt magis excitemur ad illum amandum, cuius gratia scimus nos misericordissimè præuentos. 2. Considera, licet Dominus nō ignoraret, quid hic æger peteret, tamē ab eo rogauit, vellet nē esse sanus, vt luā exponeret voluntatem. Iesus enim nō est Saluator eorum qui nolunt, sed volunt, & suæ salutis cooperantur. nam vt dicit B. Au. Ser. 15 gust. Qui creauit te, sine te, non iustificabit te de ver. sine te, id est, sine cooperatione tua. Tum Apost

2 3 roga-

rogavit, ut cum accenderet ad desideranda sanitatem, sicque dignior illa redderetur. 2. Considera per paralyticum hunc designari peccantes ex consuetudine longa, per ceteram vero turbam languidos, cæcorum, claudorum & aridorum, iaculum ad piscinam peccantes ex negligentia, ignorantia, fragilitate, & malitia, quæ si velint, omnes sanari possint.

Dicit ei Iesus. Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Et sustulit, ac ambulabat. Tunc Iudæi Sabbathum est, inquiunt, non licet tibi tollere. Et ille. Qui me sanavit, iussit. Considera, tunc Dominum peccatori dicere. Surge, quando cõdonato peccato, infundit illi suam gratiam. Tunc autem peccator tollit grabatum, cum displicent, quæ prius delectabant, ambulat verò, cum gratiæ acceptæ cooperatur, exercendo se in operibus bonis. 2. considera, Iudæos arguere in paralytico, quod videbatur eis incomprehensibile, & non quod erat laudabile, nempe miraculum adeptæ sanitatis, peccati enim in aliis notare tantum solent mala, quæ publicent, non autem bona, si nocent, in malam partem interpretantur. 3. considera. grabatum esse bona huius vitæ, opes, honores & voluptates, in quibus

DE
homo
ctatur.
gnum
I E S
postea
Eius es
quis co
clinasti
quare
de alio
ad cal
ma in
inter
postea
disca
fuerit
sed re
tand
vitar
tand
nem

DE VITA CHRISTI DOM. 359

homo æger decumbit, quando illis delectatur. quando verò pro onere reputat, signum est eum sanum esse & ambulare.

IESUS cum declinasset à turba, inuenta postea in templo paralytico dixit. Sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Considera, Iesum ideo declinasse, vt doceret in bonis operibus nõ quærendum hominum applausum, deinde aliquando expedire digredi ab illis, qui ad calumniandum sunt procliuēs, & optima intentione facta, in pessimam partem interpretantur. 2. considera, paralyticum postea inuentum à Christo in templo, vt discas, quoties gratia aliqua à Deo diratus fueris gratias ei referre, non lingua tantum, sed religiosa etiam conuersatione, frequentando Ecclesias, audiendo conciones, & vitam pristinam in meliorem commutando, ne subtracta à Deo per ingratitude[m] nostram gratia, deterius aliquid nobis contingat, hoc est, in priora peccata relabamur, & in iis ex desperatione veniæ, moriamur.

Z +

ME.

*Nazareni Christū voluere precipitari.**Matt. 13. Maro. 6. Luc. 4.*

1. **I**ESVS ingressus Synagogam in patria sua explicato loco Isaia aplicuit librum, dicens: *Hodie impleta est hac Scriptura.* Considera Iesum noluisse initium prædicationis & miraculorum facere in patria Nazareth, ne videretur ad id potius humano in populares affectu, quam puro animarū zelo permotus. Noluisse tamen omnia illis præsidia subtrahere, tum quod lege quædam nature dilectionisque ad id esset obligatus, tum quod officium eius esset omnes ad salutem vocare. 2. Cōsidera eum post quædam ex Isaia lecta aplicuisse librum, ut indicaret non omnia omnibus promiscuè prædicanda, sed habendam rationē capacitatis auditorum. Deinde nō dixisse ea de se scripta, sed tunc esse completa, ut indicaret, quam modestè de rebus ad laudem vel honorem nostrum pertinentibus loqui debeamus.

2. *Et omnes mirabantur eius doctrinam, dicentes. Vnde huic sapientia, nonne hic est faber, filius Maria? & scandalizabantur in eo.*

Con-

Confidera stultos Nazarenos indignari Christo ob parenteleꝝ humilitatem, atque si homo sapiens, & miraculorum patrator non possit nasci ex humili prosapia, cū & Dauid tot regū radix, & Moses ex humili pastorum stirpe orti sint. Deinde recte Christū ab iis dici fabrū, vel filium fabri, quia filius erat fabri illius magni qui fabricauit totū orbem terrarū. 2. Cōsidera, cur cum Nazareni petierint etiam signū aliquod exhiberi in patria sua à Christo, sicut fecerat in Capharnaum, tamen non fecerit. Nēpe, quia ex vanitate petierant, ne ipsorum ciuitas videretur contempta præ alijs: deinde, quia cum esset sanctus sanctorum & alij sancti Christi parentes apud eos nati, tamen, velut ingrati, tātum beneficium nihili fecerūt, & vnde moueri debuerant, vt Christum magni facerēt, nempe ex doctrina admiranda & miraculis inde ansam arripuerunt eū calumniādi. Sed mirum non est Nazareth non cognouisse suum Christum, cum nec mundus, teste sancto Ioanne, cognouit.

Ioā. 1.

Iesus dixit eis. Nemo propheta acceptus est in patria sua. Et repleti ira eiecerunt eum vrbē, & in montem duxere precipitandum. Ipse autem per medium illorum ibat. Confidera

Z s dera

dera **CHRISTVM** non cœlare veritate Nazarenos, etiã si sciat illos agrelacur quia magno beneficio afficimur, dum nobis nostri defectus & imperfectiones profunt, licet illud nõ agnoscamus. Nazarenos autem qui Christo ideo mortem intarunt, imitantur omnes illi, qui conatores & doctores veritati patrocinites persequuntur. 2. Considera, Christum præcipitare se conantibus non resistit sed quiete per medium illorum transit, ut discamus iniurias nobis illatas distinare, & aliorum malignitatem patienter vincere.

MEDITATIO XIV.

*De electione 12. Apostolorum. Marc. 13.
Luc. 6.*

I. **CVM** Iesus in oratione pernoctans in monte, vocavit ad se discipulos, & ex eis elegit duodecim, quos & Apostolos nominavit Considera, **CHRISTVM** digressum suis in solitarium locum precandi, totamque noctem in precibus consumpsisse, non quod ipse indigeret hac pre-

ratione ad electionem Apostolorum; sed ut nos doceret exemplo suo, cum pro rebus magnis serio orandum est, ut digrediamur ab hominum turba, & in oratione perseveremus. 2. considera, in monte electos Apostolos, ut intelligerent, qui alijs praeesse, eosque docere volunt, debere eorum celestium scientia, & vitae sanctitate alijs praeminere, & alienissimos esse a cupiditate rerum terrenarum, opum, honorum, & voluptatum huius mundi. 3. considera, ut catos esse Apostolos, id est, missos, nuncios, tabellarios, ut nomine ipso admonerentur humilitatis & obedientiae, ac cogitarent quicquid essent, quicquid possent, se non suis viribus, sua sapientia, suoque merito, sed sola gratia Dei & voluntate adiutos praestare.

Et praecepit eis, ne in via tollerent virgam 2.
peram, panem, as, nec duas tunicas haberent, & irent calceati sandaliis. Considera, quomodo mittat Apostolos praedicationem, instar pauperum viatorum, prohibens ne secum ferrent quicquam superuacaneum, sed tantum necessaria; quo omni cura terrena soluti liberius inuigilarent officio praedicationis. In-

cede-

cedebant quidem pannoſi, ſed caritate
 gregiè veſtiti; vacui nummiſ, diuina
 virtute pleni; deſtituti ad maniculo baculo
 ſed firma fiducia nixi. atque ita conuenie-
 bat, vt qui aliis prædicaturi erant de con-
 temptu mundi, ipſi iam ante eum con-
 ſiſſent. 2. Confidera, ſi ſis religioſus, quo
 modo Chriſtus eorum quos in Apoſtoli
 aſſumpſit virtutem probarit: vt non mi-
 ſeris, in religionis ingreſſu vnum vel plures
 annos probationis inſtitutos, quibus
 ſunt tyrones in humilibus quibusque
 officijs exerceri, quo ſolidam fundamentum
 perfectionis Chriſtianæ in humilitate
 ciant. Sicut enim habitus virtutum non
 acquiruntur, niſi crebris actibus, teſte Phi-
 loſopho, ita humilitas religioſa non
 acquiritur, niſi crebro & diuturno exerci-
 tio, vt ait Sanctus Bernardus, humilia-
 tionis.

ep. 87.

3. *Ecce ego mitto vos, ait, ſicut oves in medio
 luporum. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, &
 ſimplices ſicut columba. Cauete autem ab ho-
 minibus. Confidera, etiam ſi terrere
 tuerit Apoſtoloſ talis miſſio, qua præ-
 fierent lupis, tamen contra magno ſolu-
 tio illis fuiſſe, quod mitterentur ab eo
 qui defenderet eos à lupis, ſed etiam vi-*

tutem dedisset conuertendi immanes lupos, in mansuetos agnos. Monet vero eos, vt ex parte sua sint prudentes, vt serpētes, qui ad voces incantantium aures occludunt, hoc est, ne sinant se decipi hostium blanditiis; Et ad caput tuendum exponunt totum corpus, id est, vt sināt potius totum corpus discerpi, quam fidem & salutem animæ eripi: Deinde monet, vt simplices sint, sicut columbæ, hoc est, patientes, & malum malo non reddant, sed potius bonum. Secundò. Considera, quod monet cauendum esse ab hominibus, hoc est, prospiciendum, cum quibus agant, quia sæpe inimici domestici eius, & nonnunquam homo nequam malitiam cuiusuis ferocis bestię, imò & dæmonis suscipit; tum quia lædit eos etiã, à quo nullo modo est læsus, sed beneficiis affectus, tum quia nocet etiam iustis & innocentibus, quos dæmon accedere non audet.

(. . .)

MEDI-

MEDITATIO XV.

De ambulatione Christi super aquas.
Matt. 14. Marc. 6. Ioan. 6.

1. **C**VM Apostoli in mari ob-ventum contra
 rium iactarentur, Iesus in terra stans, &
 videns eos laborantes in remigando, venit ad
 eos supra mare. Considera mare, esse cur-
 sum mortalitatis vitæ, in quo omnes nauige-
 mus. Venti contrarij sunt inordinatæ co-
 cupiscentiæ nostræ & desideria, quæ mil-
 Jac. 4. tant, teste sancto Iacobo, in memorie
 Gal. 5. v. stris. Caro enim assidue pugnat contra spi-
 ritum. Contra hos ventos cum Apostolis
 remigandum est alacriter. Deus non de-
 rit conatibus. CHRISTVS in littore sta-
 bit, qui respicere solet, non in eos qui su-
 uiter viuunt, & manibus stant complica-
 tis, sed qui sibi imperantes prauorum
 desideriorum fluctibus resistunt. O quam
 suavis est labor ei, qui cogitat oculos Chri-
 sti in se intentos, & paratam habere pro
 perseverante in finem immortalem coro-
 nam; Secundò. considera, CHRISTVM
 cum discipuli tota nocte laborassent in
 mari, tandem ambulasse super mare ve-
 sus illos

fug illos, cū amplius ventis obluētari nequirent, vt disceremus, non statim animum despondere, cum aliqua aduersitate conuertimur, nam licet Deus ad breue tempus differat auxilium, vt nostram probet fiduciam & patientiam, tamen tandem præsentī ope moram suam compensat.

Cum IESVS iam esset proximus nauī, & vel-
 lique præterire, Apostoli putarunt phan-
 tasma esse, præ metu clamantes. Et mox IESVS,
 Habete fiduciam, ego sum. Considera,
 CHRISTVM potuisse discipulis propitios
 largiri v̄tos, sed noluisse, ne tempori po-
 titus, quā diuinæ virtuti attribuerent. Voluit
 eos agitari fluctibus, vt probaret quā-
 rum suis viribus possent. Voluit tota nocte
 laborare, & non progredi, vt scirent se sine
 gratia Christi nihil posse. Voluit terreni
 viso, quasi à dæmone submergēdi essent,
 vt diuinū inuocarent auxilium, quo inuocato
 mox CHRISTVS iussit eos non timere dicens.
 Ego sum magister, saluator, Deus vester.
 Vnde summam consolationem accepere, vt discas
 nūquam desperare, quia dum pericula ad summum
 peruenerit, diuinū præsto est auxiliū. 2. cō-
 sidera, ingeniū huiusmōdi eē, res diuinas,
 & ope-

2.

& operū bonorū exercitia reputare pharisaica, & hypocritica, cum tamen in ipso omnis salus nostra sit reposita.

3. Tum Petrus. Domine, si tuus, iube me ad te venire super aquas. At ipse ait. Veni et mergi incipiens, clamavit. Domine saluum me fac. Tum IESVS manu eum apprehendens Modica, ait, fidei, quare dubitasti? cum nauim ingresso cessauit ventus, & nauis erat ad terram. Considera eximiam Petri fidei, quod crediderit se quoque virtute Christi posse ambulare super aquas. deinde eximiam caritatē, quod expectare non potuerit, donec Christus ad se venisset. la vero enim amore nulla est mora, nulla vniuersitatū formido, donec fruatur amato. 2. considera, nihilominus Christum permisisse submergi Petrum, tum ut occidit eum moneret, talia non esse ordinaria Deo petenda, quæ omnes vires humanas superant, ne videamur curiosi: tum ut ostenderet fidem eius non fuisse omni parte perfectam, & sic humilitatē colere. 3. considera, Christo in nauē recepto cessasse omnes vētos & fluctus, quādo enim intimē intra Ecclesiæ nauim fide & caritate coniuncti sumus Christo, ilico omnes tentationū diabolicarū vēti cōcidūt, omnes aduer-

aduerſitatum fluctus franguntur, vel certè
ſine animi perturbatione tolerantur, non
ſecus quam ſi ad terram applicuiſſemus,
& in portu verſaremur.

MEDITATIO XVI.

De Transfiguratione Domini. Matth.

17. Marc. 9. Luc. 9.

*Jeſus aſſumpſit Petrum, Iacobum & Io-
annem in montem excelſum, ut oraret.*
Confidera vitę æternę pulchritudinẽ non
capi, nec veram Spiritus ſancti conſola-
tionem accipi, niſi ab iis, qui vehementer
amant cum his tribus Apoſtolis Chriſtum,
eiusque doctrinam; deinde mōtem mor-
tificationis, aliarumque arduarum virtu-
rum aſcendunt, ac ſolitudinem diligunt,
hoc eſt, ſol: Deo, non mundo placere co-
nantur. 2. confidera, mirabile Dei artifi-
cium, quo conatur nos ad vitę æternę de-
ſideriũ, & rerum terrenarum contemptũ
accendere: nempe corporis glorioſi ſplen-
dorem oſtendit, ut cogites, tum quanta ſit
futura animę gloria, tum ne refugias car-
nem cum anima exemplo Chriſti in hac
vita crucifigere. Non enim condigna ſunt *Ro. 5.*
*huius vitę paſſiones, teſte Apoſtolo, ad futu-
ram gloriam.*

Aa

Trans-

2. *Transfiguratus est ante eos, & factus
sol. vestes autem eius sicut nix. splenderet
apparuerunt Moyses & Elias loquentes de
filio eius. Considera Christum inter oratores
in monte esse transfiguratum, sicut & olim
Moyses facies post sermonem cum Deo
bitum mirè respicendit, ut discamus soli-
re magis illustrari animam luce gratia
rumq; donorum spiritualium ac beneficia
feruetis orationis, vel colloqui cum Deo
2. considera, quanto gaudio exultent Mo-
yses & Elias, quod viderent Dominum in car-
ne praesentem, quem tam diu expectant
& quidem tanta maiestate refulgentem
secumq; loquentem de excessu suo, id est
passione & resurrectione, ipsorumq; glo-
ratione 3. perpende Dominum in summa
illa gloria miscens tamè sermonem
re tam tristi, tum ut indicaret quanto de-
derio patiendi teneretur, tum ut nos doce-*

Excl.

1.

*simus immemores malorum, rebusque pro-
spere fluentibus, expectemus & aduentum*

3.

*Tum Petrus ad Iesum. Bonum est, inquit,
nos hic esse. Faciamus tria tabernacula
ecce nubes lucida obumbravit eos, & vox
audita de caelo. Hic est filius meus dilectus
&c, Apostoli in faciem ceciderunt, quos erigens*

DE
IESVS
derant,
culam
fer; mo
se, coe
esse ex
obliuif
tate an
mundi
spicies,
gregati
esse, ho
templa
ri exere
sidera i
& Trini
sona de
Spiritu
mibus,
solatio
fium d
dera Ch
quam
patefac
& gl

IESVS. ait. Nolite timere, & tacere, quæ vi-
 derant, iussit. Considera, Petrum cum gut-
 turam deliciarum gloriæ æternæ degustaf-
 se; mox huius mundi voluptates fastidif-
 se, cœlestis enim consolatio, facit hominẽ
 esse extra se; & voluptatum mundanarum
 obliuisci. Vnde discite & tu de futura felici-
 tate animi & corporis cogitare, & facile
 mundi illecebras, & carnis commoda de-
 spicies, dicesq; si religiosus sis vel pię con-
 gregationi adscriptus. Bonum est nos hęc
 esse, hoc est in cœtu, vbi occasio est con-
 templandi res diuinas, & multa bona ope-
 ra exercendi, animamq; saluandi. 2. Con-
 sidera in hęc admirando mysterio totam
 & Trinitatem apparuisse. Nam Patris per-
 sona declarata est voce. Filii vero in carne,
 Spiritus sancti autem in forma splendidæ
 nobis, quia ille est, qui nos diuinarum cõ-
 solationum rore semper irrigat, & cœle-
 stium donorum imbre perfundit. 3. confi-
 dera Christum Apostolis mandasse, ne cui-
 quam ante mortem suam hanc visionem
 patefacerent, vt discas ea quæ ad honorẽ
 & gloriam nominis tui pertinent pe-
 tius suppressere, quam p. re-
 palare multis.

De Lunatico sanato: Marc. 9. Matt.
17. Luc. 9.

CHRI^{STO}, de monte Thabor descendenti, quidam genibus prostratus obtulit illum lunaticum, quem spiritus allidebat dicens, discipulos non potuisse illum eicere. Considera Christum post tantam transfigurationis gloriam non dignitatum iterum conversari cum simplici turba, ægris, & ceteris gumenis curationis causa adductis. ut discamus, etiam si excellamus magnis naturæ & gratiæ donis, demittere nos etiam ad informandos homines rudes & pauperes, imò & peccatores, ac quotquot infirmi sunt spiritu. 2. considera, tunc nos esse lunaticos, cum variis animi perturbationibus nos agitari sinimus, easque non domamus, ac ita Deo non solum, sed hominibus etiam reddimus exosos, ac tandem cooperuimus, ut nec discipulorum Christi, hoc est, Præceptorum & patrum spiritualium monita audiamus.

Cum vidisset eum IESVS, statim à spiritu elusus in terram spumabat. Tum Pater ait, quid potes, adiuua nos. Et IESVS. Si potes credere, omnia sunt possible credenti. Tum

ille. Credo Domino, adiuua incredulitatem
 meam. Et IESVS iussit spiritum exire, nec re-
 gredi. Considera, hominem non solere ten-
 tationibus agitari, quando vitam solutam
 ducit secundum voluntatē dæmonis, sed
 dū conatur se ab eius imperio abducere,
 & ad Christum per vitam piam redire. Vn-
 desapiens dixit. *Fili, accedens ad seruitu- Eccl. 2*
tem Dei, sta in iustitia & timore, & prepara
animam tuam ad tentationem. 2. confide-
 ra, quod dæmon miserum hunc adolescē-
 tem primo deiecerit in terram: tum variis
 modis affixerit; Hoc enim præcipuū dæ-
 monis munus est, vt hominem per pecca-
 tum etiam vnicum lethale in terram deici-
 at: nam semel prolapsus facile deinde
 in alia præcipitat. 3. considera Christum
 mādasse dæmoni, non modo vt exiret, sed
 etiam, ne rediret, vt indicet peccatorem
 tum perfecte resipiscere, quando non so-
 lum pristina peccata deserit, verum etiam
 in eadē non relabatur, vnde qui facile red-
 eunt ad vomitum, declarant se non ha-
 buisse perfectam contritionem.

IESVS tenens manum, eleuauit sanatum, 3.
 & surrexit. Discipulis autem secreto roganti-
 bus, cur non potuissent eicere spiritum, re-
 spondit, propter incredulitatem vestram, &

Act 3 quia

quia hoc genus oratione & ieiunio tantum
 iici queant. Considera sanatum manu ele-
 uatum, vt intelligeret peccator, in manu
 sua quidem esse labi, & peccare, sed non
 surgere à peccato, si ab sit Dei gratia: de-
 de vt sciret se postquam peccata euomuit
 non debere ociari, sed in sanctis operibus
 se exercere. 2. considera, Christum non re-
 prehensisse palam, sed secretò discipulis
 suos, cum enim essent futuri aliorum ma-
 gistri, non cōueniebat eorū imperfectio-
 nes populo esse notas vnde discimus, op-
 portuno tempore & loco arguendas esse
 quasdam personas: & non semper pub-
 licè. 3. considera quoniam non potuit ip-
 ritus ille fugari, nisi acriori remedio or-
 tionis & ieiunii, non nunquam ad exor-
 panda quædam vitia, vt quæ sunt consue-
 tudine corroborata, opus esse asperioribus
 pœnitentiæ remediis, vt ieiuniis crebris,
 ciliciis, disciplinis, confessione & cō-
 nione,

MEDITATIO XVII
 De muliere adultera, Ioan. 8.

II IESVS rogatus à Phariseis, sit ne mulier
 adultera secundum legem lapidanda.

manit se dig-
 re tantam fu-
 peccatores,
 eam quæ
 Christo por-
 catorum, lice-
 pena multo
 vatem homi-
 hominibus a-
 Iesus distuler-
 cipes & iudic-
 ne prius cau-
 pendere, in
 tunc deinde
 quem lapsu
 non condem-
 nus, cogitar-
 terra fictos,
 non debere
 actus & ritus
 quando po-
 esse.

Cum isti p-
 se dicens: Qu-
 lam lapidem
 p- & mox
 dera, hoc di-
 cile malè lo-

clinavit se digito scribens in terra. Considera
 tantam fuisse Christi misericordiam in
 peccatores, ut inde pharisæi calumniandi
 anam quaesierint: ut discas fiduciam in
 Christo ponere certus de remissione pec-
 catorum, licet graua sint, & in lege graui
 pena multentur, modò ad cor redeas: si
 ratem homini fidas, ille te coram DEO &
 hominibus accusabit. 2. Considera, cur
 Iesus distulerit responsum, nepe ut Prin-
 cipes & iudices discant, audita accusatio-
 ne prius causam, & circumstantias eius ex-
 pendere, ne iniustam sententiam profe-
 rant: deinde, ut quando nos audimus a-
 liquem lapsum, non mox eum apud a-
 lios condemnemus, sed potius excuse-
 mus, cogitantes nos quoque fragiles & è
 terra fictos, posseque labi. 3. Considera,
 non debere nos refugere etiam humiles
 actus & ritus, licet videntur inciuiles
 quando possumus ea re proximo prod-
 esse.

*Cum isti pergerent querere, IESVS erexit se,
 & dicens: Qui sine peccato est, primus in il-
 lum lapidem mittat, & iterum in terra scri-
 psit, & mox alius post alium discessit. Consi-
 dera, hoc dicto Christi nos moneri, ne fa-
 cile malè loquamur vel iudicemus de pro-*

ximo, sed consideremus imperfectiones nostras: Quantumcūque enim homo factus sit, semper, si bene conscientiam examinet, & digito discussionis in terra coroscribat, inueniet quod in se reprehendat, nec facile lapidem in alios emittet. 2. considera, sicut adultera ab omnibus condemnata est, antequā sisteretur Christo, vero præsentem omnes se subduxere: sic nos quando manemus in peccato, à demonibus & propria conscientia condemnamur, ubi vero per confessionem humiliati nos subiicerimus Christo, absoluiamur. 3. considera, Christum denuo se inclinasse in terram, ne magis eos, si diutius respexisset, pudefaceret, & liberius se inde subducerent: ut discas, cum quis tua monitione factus est pudefactus, non amplius instare.

Tum erigens se IESVS ait. Mulier, nemo te condemnavit? Respondit, nemo. Tum ille nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare. Considera, quanti seculi Christus ordinariam superiorum potestatem: nec enim mulierem ante absoluit, quam intellexerit, eam à nullo condemnatam: quo discas nunquam aliquē ab amore vel obedientia superiorum abduci, & considera clementiam Christi, quod nullo

lo probro
sed mulie
cum tam
sus esset.
Tibi soli
ximus pe
qui sibi v
stum non
lo cuta e
quoque
nostra, &
inde pa
nempe v

M

CHR
& a
sua, vel
id factu
to ex sp
in nata
stum v
sed vt
mus,
rum
lis lib

lo probroso nomine adulterā appellarit, sed mulierem, indicans sexus fragilitatem cum tamen ipse solus hoc peccato offensus esset, sicut peccato Dauidis, qui dixit. *Tibi soli peccavi*: gratior enim est Deo maximus peccator pœnitēs, quam superbus, qui sibi viderur iustus. 3. considera Christum non absoluisse eam, nisi postquam locuta est: vult enim vt ex parte nostra quoque cooperemur, confitendo peccata nostra, & laudes diuinas prædicando. Deinde parum admodum ab ea postulare, nempe vt deinceps non delinqueret.

MEDITATIO XIX.

De cæco nato. Ioan. 9.

CHRISTVS cum cæcum natum vidisset 1. & discipulis quærentibus, an ob peccata sua, vel parentum ita natus esset, respondisset, id factum ad manifestandum opera Dei, luto ex sputo facto linuit eius oculos, & lauare in natatorio Siloe iussit. Considera, Christum vidisse cæcum non otiosè & frustra, sed vt eius miseræ opem ferret: vt disceremus, non satis esse cognoscere proximi ærumnas, nisi etiam operā demus, vt ab illis liberetur. 2. considera modum, quo curauit

A a s

rauit cæcum. 1. eum respexit. 2. lacum in
posuit oculis. 3. ad fontem mitti, sic
peccatori facienda sunt, vt Deo reconcili-
liet. Primo enim opus habet auxilio di-
uinæ gratiæ vt resurgat. 2. agnoscere de-
bet scditatem peccati per confessionem
3. abluere illud vel per baptismum, sicut in-
fidelis, vel per lacrymas contritionis, sicut
fidelis, relapsus.

2. *Cæcus post visum receptū sapiens à Pharisæis
rogatus quomodo vidisset, cum constanter re-
spondisset, à Christo id factū, eiectus est ex sy-
nagoga. Considera cæcum nunquā in huius
cōtentione hac verbum vllum defendēdi
sui causa effutiuisse, sed magno zelo Chri-
sti patrociniū suscepisse, cōtempo hono-
ris sui periculo: vt doceret nos, iniurias no-
bis illatas non magnifacere, illatas verò
Deo nullo modo tolerare. 2. considera, cū
synagoga pulsum, quod nomē Christi tuer-
retur, vt intelligas, simulatque inceperis
seruire Deo mundum tibi fore contra-
rium, & te ex sua societate exturbaturum,
Christum autem te non delerturum.*

3. *IESVS cæco iam foras eiecto, dixit Tu cre-
dis in filium Dei? Tum ille. Quis es Domi-
ne; Et IESVS? Ego sum. Tum ille. Crede
Domine, & prociens adorauit eum. Consi-
dera*

DE VIT
dera I s
esse filium
cerat, vt c
affliction
ge Christo
maiora b
quam ali
sidera Ch
dem inue
filium D
num qui
munerat
suam no
ra Chri
stram co
tit à cæc
perfecte
clarauit,

De ad

CHR
fit
um aut
bona su

dera I E S U M ideo manifestasse aperte se esse filium D E I. (quod & Samaritana fecerat,) vt doceret omnes pios, qui magnas afflictiones propter Christū subeunt longe Christo esse cariores, & ideo plura & maiora beneficia Christum illis conferre, quam aliis qui earū sunt expertes 2. Considera Christum quaesivisse cæcum, & tandem inuentum rogasse, num crederet in filium D E I ? vt discas, D E V M ne minimum quidem opus nostrum bonum irremuneratum relinquere, sed statim gratiā suam nobis offerre, vt ad perfectionem vitæ Christianæ perueniamus sed quia nostram cooperationē requirit, idcirco quaerit à cæco, an credat in se. Et quia verè & perfectè credidit, ideo & opere mox declaravit, adorando illum.

MEDITATIO XX

De adolescente diuite. Matt. 19. Marc.
10. Luc. 18.

CHRISTVS adolescenti roganti, vt posset saluari, respondit. Serua mandata, um autem addidisset, si vellet perfectus esse, bona sua daret pauperibus, abiit iustus. Confli-

Considera Christum primo iuveni recitasse præcepta & tabulæ, deinde consilia, vt doceret nos, si ad perfectionem vite Christianæ cõtendamus, opus esse, vt prius nos exerceamus in operibus ad caritatem proximi spectantibus, quæ sunt propria vitæ actiua. Deinde, vt intelligeremus non esse semper securos de salute, si præcepta seruemus, quæ iuuenis ille seruauit, & ideò contendere debere ad maiore perfectione, ac longius in cursu virtutis progredi, exemplo sagittariorum, qui vt scopum valde remotum attingat, arcum paulo altius attollunt. 2. considera, hunc iuuenem, licet magno desiderio salutis teneretur (nam flexis genibus petiit instrumētum, vbi de opibus deserendis mentio facta est, resiliisse, id enim multis aliis pijs & deuotis contingit, qui vbi prospere illi omnia fluunt, nec quicquã aduersi in honore, & corporis cõmodis patiuntur, strenue Deo seruiunt, at vbi pati aliquid ceperint, ab amore proprio victi, languescunt.

2. Tunc IESVS. *Quam difficile est diuini introire in regnum Dei. Facilius est camelum per foramen acus transire. Tum discipuli. Quis ergo poterit saluus esse? Et Christus. Impossibile est apud homines, sed non apud*

DAVID

DAVID. Cæcitate me, sed ætate tam de diuibus, in ta coniciant, pura null causam, qu in vita sua quia recepi non cruci dicat impo ues saluati quando o dent à min phetæ loc us, Om las v CH deuit es fier quem dia gnocina tum, Et possunt s ti non stu de mam

Et Pe quid ergo mecum se

DEVM. Considera mirandam hominum
 cecitatem, qui cum sciant non à Salomo-
 ne, sed æterna Dei sapientia hanc prola-
 tam de diuite sententiam, inhiando opi-
 bus, in tam apertum salutis discrimen se
 coniciant. De diuite epulone, certe Scri-
 ptura nullam aliam damnationis affert
 causam, quam quod habuerit multa bona
 in vita sua. *Fili, ait Abraham, recordare, Luc.*
quia recepisti multa bona in vita tua, & ideo
nunc cruciaris 2. considera, cur Christus
dicat impossibile esse apud homines, ut di-
ues saluetur. nempe quia generatim lo-
quendo omnes homines auaritia fere stu-
dent à minore vsque ad maiorem, ut pro-
phetæ loquuntur, & loquitur Apосто-
lus, Omnes que sua sunt quarunt, non qua-
erunt fieri, eodem teste, in cidunt in la-
queum diaboli, & desideria multa inutilia
& nocua, qua mergunt hominem in interi-
tum, & perditionem. Apud Deum autem
possunt salui fieri, qui diuina gratia muni-
ti non student auaritiæ, & amicos faciunt
de mammona iniquitatis pauperes.

Et Petrus Ecce nos reliquimus omnia, 3.
quid ergo erit nobis? Cui Christus Sedebitis
mecum super sedes 12. iudicantes tribus Israel:
 in 3

in dicitur quot reliquerunt omnia, propter ma-
centuplum accipiet hic, & postea vita aeterna.

3. CONSIDERA, cur cum Petrus & alii
 Apostoli tam pauca reliquerint, nempe
 pauperes piscatores, tamen tam magni-
 cum præmium Christus illis promittat.
 Nempe quia non solū facultates suas, pe-
 rentes, amicos & patriam reliquerant pro-
 pter regnum Dei sed etiam affectum ad il-
 la, ac cupiditatem plura habendi, deinde
 reliquerant seipsos, suamque voluntatem,
 eam subiicientes alterius voluntati & obe-
 dientiæ. Et ideo voluit Dominus eos que-
 que esse de mercede securos, ut quod in die
 iudicii essent secum futuri iudices totius
 mundi. Considera, quā conueniens fue-
 rit eos esse aliorum iudices, qui tam boni
 fuerunt iudices sui ipsius, & verorum bo-
 norum, ut qui sciret paupertatem opibus,
 crucem voluptatibus seculi antepone-
 dam, maximè autē debebant esse iudices
 tribuum Israhel, id est, iniquorum iudicium
 in Iudæa, à quibus Apostoli erant iniuste
 flagellati, & omni dedecori effecti. 3. con-
 sidera, secundum responsum Christi in om-
 nines fideles quadrās, esse illud, quod to-
 ti mundo persuasit contemptum mundi,
 quod compleuit monachis deserta, & mo-
 naste.

DEVI
 nasteria,
 sibi & reg
 pro dese
 plū illud
 le maior
 mundan
 mo deser
 tres, dor

M E

De sa

CH
 agr
 dentius f
 tham & M
 tiores re
 lanem a
 informat
 primo cu
 peccata
 de uti or
 ista; qua
 tas, dicē
 illud; Qu
 diciis sc
 benefici
 Christu
 tur cum

nasteria, quod omnes docuit vim inferre sibi & regno cœlorum Hi enim sunt, qui pro desertis voluptatibus seculi, centuplū illud quotidie experiuntur, id est, mille maiores voluptates spirituales, quam mundani; pro vno patre, matre, fratre, domo deserta, habent centum patres, matres, domos.

MEDITATIO XXI.

De suscitacione Lazari. Ioan. 11.

CHRISTVS, audito nuncio de Lazari agrotacione, per biduū substitit, vt evidētius foret miraculum. Considera, Martham & Mariam sorores per nuncium certiores reddidisse Dominum tunc vltra Iordanem agentem, dicētes. *Ecce, quem amas infirmatur.* vt discas in omni aduersitate primo curare, vt recōcilies Deo, ne forte peccata tua causā dederint morbo. deinde vt oratione plena resignationis vt est ista; qua nihil petas, sed omnia Deo cōmittas, dicēdo. *Ecce quem amas, patitur hoc vel illud;* Quod enim me ames, certissimis iudiciis scio ex sanguine pro me fuso, aliisq; beneficiis mihi collatis. 2. Considera, cur Christus biduum in eodem loco moreretur cum tanto optimarū sororum dolore, & finat

Apo.

3.

& sinat Lazarum mori. Nempe, ut ostenderet maiorem erga eas amorē. *Quos enim amo, ait alicubi, arguo, & castigo.* Suscitatio enim Lazari quatri duani factum est, ut & ipsarum corda, discipulorumque aliorum magis in fide confirmarentur, & Dei gloria per tam fidos & amicos testes ubique prædicaretur, ac imprimis ut dicitur Iudeorum pectora magnitudine miraculorū tandē frangerentur. Vide quomodo Christus non aliud quærat in suis operibus, quam Dei gloriam, & nostram salutem.

2.

Ait Christus discipulis. Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut à somno excitem eum. Martha & Maria Magdalena occurrunt Christo venienti, & dicunt. Domine, si fuisses hic, frater non fuisset mortuus. Considera, quod Lazarum amicum suum Christus dicat dormire, cū iam esset mortuus, quia amici Dei propriè non moriuntur, sed dormiunt tantum; tum Deo, quia est tam facile est ad vitam illos reuocare, quàm dormientem excitare; tum ipsis, quia in istis mors est ianua ad vitam æternā, & perpetuam quietem. 2. Considera mulieres currere ad Christum pro antidoto contra mortem, quia congruebat mulierem primum accurrere ad clementissimū redemptorem.

ptorē, q
mo seduc
prima ad
pende, li
cta (qu
lanari a C
dicere, L
adfuisset
mors, vn
vita. Qu
vives. Qu
Ego credia
hunc mu

CHR
tia, cum l
Lazare v
Consider
rum lacr
voluntar
aliorum
re. 2. lac
fere deb
sumus p
ti, & pro
maximè
fisse, mo
hil æqu
peccato

prorem

prore, quæ primo aures præbuerat pessimo seductori; primam exorare vitam, quæ prima adsciuerat mortem. Deinde perpende, licet fides eorum non fuerit perfecta (quia putarunt Lazarum non potuisse sanari à Christo absente) tamen eas recte dicere, Lazarum non fuisse moriturum, si adfuisset: quia ubi est vita, nequit esse mors, vnde & dixit. *Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etsi mortuus fuerit, uiuet.* Quibus verbis mota Martha dixit. *Ego credidi, quia es filius Dei uiui, qui in hunc mundum uenisti.*

CHRISTVS collacrymans, oratione facta, cum lapidem iussisset amoueri, clamauit, *Lazare ueni foras, excitatumq; solui iussit.* Considera CHRISTVM Mariæ & Iudæorum lacrymis commotum, infremuisse & voluntariè turbasse seipsum, ut discamus aliorum afflictionibus compati ex caritate. 2. lacrymasse, ad docendum nos, quod flere debeamus, & pro nobis quia omnes sumus peccatores, per Lazarum significati, & pro miseris spiritualibus proximorum, maximè si sint mortui coram Deo. 3. iussisse, moueri lapidem à sepulcro, quia nihil æquè impedit veram resurrectionem à peccato, ac obduratum cor in peccando.

B b 4 ele

4. eleuasse oculos in cœlum, vt discamus in ærumnis non fidere meritis nostris, sed confugere ad Deum. 5. clamasse, vt concionibus & inspirationibus diuinis partemur. 6. iussisse solui vincula, vt per confessionem peccatorum absolutionem à peccatis quæramus apud Apostolorum successores sacerdotes. 7. iussisse Lazarum abire, vt post acceptam peccatorum remissionem, sobriè, piè, & iustè vitam instituamus.

MEDITATIO XXII

De filio prodigo. Luc. 15.

1. **P**RODIGVS extorta portione substantiæ in regionem longinquam abiit, eamque dissipauit viuendo luxuriosè. Considera prodigum esse peccatorem, vel in uocatione sua deficientem, qui portione substantiæ postulat, cū quærit libertatem, & vult se se iuris. Dicitur autem portio, quia omnia huius mundi libertas, vel voluptas exigua est, si ad æternam gratiæ & gloriæ substantiam conferatur. 2. in regionem longinquam abiit, qua homo terrenis deditus suo arbitrio viuens. nō diu potest esse sine peccato mortali, & sic separat se à Deo & domo paterna, ac aliquando uocationem suam deserit, eoq; peruenit, vt nō possit

loquar.

DE
loquent
hoc est,
donis sp
ralibus,
quo in
tis se de
Fame
bat vètr
mo et da
trem dic
te. Cōfi
mi, cum
animam
tranqui
re auter
uati, &
re) quā
sionibu
aliorum
quoq; r
prati, b
nis, co
peccat
ab aliis
prati b
sit 2. C
tis hæ
quand

loquentes audire. 3. dissipat portionē suā,
hoc est, gratia Dei spoliatur, virtutibus, &
donis spiritualibus, ac etiam bonis tēp o-
ralibus, vt non habeat quod comedat, &
quo induatur, ac demū turpissimis pecca-
tis se dedat, mēteq; & corpore corruptatur.

*Fame valida coorta factus subulcus cupie-
bat vētr em implere porcorum siliquis, & ne-
mo es dabat. Et reuersus in se ait. Ibo ad pa-
trem dicens Pater peccaui in cœlum & coram
te. Cōsidera peccatorem valida fame pre-
mi, cum auulsus est à Deo patre, qui solus
animam satiare potest, solus quietam &
tranquillam reddere conscientiam. Pasce-
re autem porcos, (quorū est in cœno vo-
lutari, & oculos nūquam in cœlum erige-
re) quādo it post concupiscētiās suas, pas-
sionibus suis obsequitur, & omne respuit
aliorum imperium & obedientiam, nulli
quoq; rei inhiat, nisi honori suo, & volu-
ptati, beneficiorū Dei immemor, oratio-
nis, confessionis & bonorum operū. Cui
peccatori id etiam contingit tādē, vt &
ab aliis contemnatur, & nunquam volu-
ptatibus, quas quærit, frui vel expleri pos-
sit. 2. Considera, sicut peccator in pecca-
tis hærens se porcū facit & bestiam, sic
quando cogitat de emendatione, redit ad*

se, & fit iterum homo; dum adiuuante diuina gratia primū aperit oculos & agnoscit miseriam vilitatemque suam. deinde dolet de petulantia sua, ac concepta fiducia de paterna Dei clementia surgit, & in viam se dat pœnitentiæ, ac prociens in terram peccata sacerdoti confitetur.

Pater autem videns redeuntem à longinquo, occurrit, & osculatus eum iussit ei reddi primam, annulum, calceos, & conuiuio parari in gratulationem. Confidera Dei Patris benignitatē, qui statim ad peccatoris conuersionem se conuertit, etiam si legē absit, id est, nondum plenam contritionē de peccatis habeat, nouo auxilio occurrit, magna caritatis ostendit, osculatur, peccatorem sibi coniungit, primam iustitię stolam facile reddit, anaulo caritatis eundem sibi desponsat, virtutibus tãquam calceamentis ornat, & mirabili consolatione quasi conuiuio reficit, angelos omnesque Sanctos in cœlo inuitat ad illud, vt gaudeant super vno peccatore pœnitentiam agente. 2. confidera, sãpe illos qui in magnis peccatis fuerunt, maiori caritate in Deum ferri, quam qui nũquam in grauiora peccata sunt lapsi, vt non desperes si aliquando grauiter peccasti.

MEDI.

De cena apud Bethaniam. Matt. 26.

CHRISTVS in domo Simonis leprosi ca-
 nabat, & pariter Lazarus, Martha au-
 tem ministrabat. Considera quāto solatio
 fuerit hæc cæna sex diebus ante passionē
 instituta cum Christo, tum aliis conuiuis.
 Christo, quod cænaret in cœtu suorū di-
 lectorū, à quibus sciebat se amore maxi-
 mo, non in domum modo, sed etiam cor
 receptum. Aliis verò, quod summopere
 gauderent, se pro beneficiis ab eo acceptis
 posse aliquod grati animi signum ostēde-
 re. Hospes enim Simon à lepra curatus
 fuerat. Lazarus vitæ restitutus. Magdale-
 na ex fordibus peccatorū extracta. Mar-
 tha priuilegium Christum hospitio exci-
 piendi, ei que ministradi acceperat. Vnde
 & nunc in aliena domo ministravit. 2. cō-
 sidera, cur Lazarus, vt fertur, post suscita-
 tionem suam nunquam riserit, vt aliud
 lætitiæ signū dederit. nempe tristitia miraba-
 tur. 1. horrendum Dei iudiciū & alterius
 vitæ supplicia improbis parata. 2. quod
 Deus ex tanta maiestate in tantam vilita-
 tem ob salutē hominis se dimiserit. 3. cæ-
 citatem & ingratitudinem hominum tā-

Bb 3 ubo-

ti beneficii magnitudinem non æstimantium, nec futurum iudicium metuentium.

2. *Maria fracto alabastro unguentum effudit super caput Christi, eiusq; unxit pedes & capillis versit, Et impleta est domus odore unguenti. Cōsidera officium Mariæ tanto gratius fuisse Christo, quanto amor eius longius excedebat aliorum amorem. Alabastrum enim illud non erat nisi cor eius amore diuino flagrans; fractio vero nil nisi amoris impatientia in corde bullientis, nil nisi liberalis oblatio, qua non solum totum suum amorem effunderet Christo, sed & cor suū, quo tanquam vase cōtinebat ur. 2. considera, unguentum fuisse pretiosum, quia Deo offerenda sunt que sunt pretiosissima. Eo autem unguimus caput Christi, cum omnia opera nostra dirigimus ad gloriam Dei; pedes vero, cum nostram, & proximorum salutem iisdem sincere quarimus. 3. considera, odore unguenti totam domum impletam, nempe Ecclesiam, quia generosum hoc Magdalenæ factum ubique hactenus in ea celebratum est & celebrabitur; ut discas magni facere opera caritatis & humilitatis, quæ tam bonum odorem ubique relinquunt.*

3. *Cum obmurmuraret Iudas. Ut quid perdidit*

ditio hac: respondit CHRISTVS. Quid molestus estis huic mulier? Bonum enim opus operata est in me. Considera opera bona, quae praestantiora sunt, hoc nonnunquam calumniis magis esse obnoxia, etiam apud bonos, qui zelo quidem bono, sed non secundum scientiam ea carpunt. sed non ideo à seruis Dei omittenda sunt, modo bona intentione ad maiorem gloriam Dei, & salutem animarum exerceantur. Fieri enim non potest, ut in omnibus semper hominibus simul & Deo placeamus. 2. considera reprehensum à Christo Iudam, & alios discipulos, quod putarent consultius potuisse pretium unguenti dari pauperibus nã misericordiam in pauperes alibi saepe laudarat. ut discas, sicut arguendi non sunt qui bona sua erogant in pauperes, ita nec arguendos, qui erogant in honorem Christi, pro extruendis Ecclesiis vel monasteriis, & vnum bonum opus alteri posse praeferi, neutrum tamen reprehendi.

Bb +

ME-

De ficu arefacta, & altera eiectione vendentium è templo. Luc. 19. Matth. 21. Marc. 11. Ioan. 11.

1. **C**HRIſTUS manè è Bethania exiens eſuriit, & conſpecta ficu habente foliis ſine fructibus, (non enim erat tempus ficorum) maledixit eam, & mox exaruit. Conſidera Dominũ illum, qui in cœlo pascit omnes beatos ſpiritus, & in terra omni animæ viuenti prouidet cibũ in tempore, ideo mane eſurire, quia nullo pridie ſumpto cibo pernoctarat in oratione, pro cæcitate Iudeorum & tua curanda ſolicitus. 2. conſidera, cum fame cõpulſum adire ficum, ſi forte ad ſedandam famem in ea fructum reperiret, & quia nihil reperit maledictam fuiſſe. vt diſcas tibi idem accidere poſſe, ſi ſolis bonorum deſideriorum, & propoſitorum parum firmorũ foliis onuſtus inueniaris; quod fiet, ſi inſtar ficus iſtius propinquus maneat viæ publicæ, id eſt, viæ laxæ & mundanæ. 3. conſidera, cur cum non fuerit tempus ficorũ, tamẽ ficus maledicta ſit, nempe quia ira Domini non in illam arborem, ſed in Synagogam Iudeo-

rua

rum, & in omnes obstinatos in peccatis ferebatur, quibus semper tempus est, faciendi fructus bonos pœnitentiæ. Hac fame cruciabatur CHRISTVS, vt passionis suæ merito videret obstinata nostra corda molliri & conuerti; simul indicans, si tantam gratiam repellamus, fore, vt profus deseramur, sicut & Iudæi verè deserti sunt.

Et veniens Hierosolymam, cum introisset templum cœpit eicere omnes vendentes & ementes è templo dicens. Domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum, Considera. morem fuisse Christi, quoties Hierosolymam veniret, primum adire tēplum, vt formam nobis religionis veræ præscriberet, ne ante ad alia negotia nos conuertamus, quam in templo, vel alio loco opportuno per preces nos commendauerimus Deo. 2. considera, si tam terribilem se declarauit erga materialis tēpli profanatores, quid sit facturus contra profanatores templi spiritualis, id est, animæ nostræ, quæ est templum spiritus sancti. Nam B. Paulus ait Qui hoc templum violauerit, disperdet illum 1 Cor. Deus. 3. considera, si domus Dei domus orationis est, quanta deuotione & attentione in illa precibus vacare debeas, maxi-

mè cum Christum realiter habeamus in altari præsentem. Si enim in locis vbi reges mûdi versantur, summa seruatur modestia & silentiû, quanta seruari debet, in præsentia regis regû, creatoris cœli & terre.

3. *Et capit illis loqui in parabolis. Et cotidie docens in templo, accedentes caeci & claudos sanans: Et vespera facta egrediebatur ex vrbe.* Considera Christum cum sciret se queri ad necem, non tamè a quotidiano aditu templi, & prædicatione abstinere: vt intelligerent ipsum non retere gere mortè, sed sponte ad eam se offerre. idcirco enim in publico loco comparebat vt facilius inueniri posset. 2. considera eum post totum diem in laboribus prædicationis & institutionis popularis cõsumptum ieiunium excedere vrbe, quia nemo erat, qui necessitati eius succurreret, vt doceret nos pro laboribus in proximi salutem expensis non exigere temporale premium; nec quærere apud eos quietem qui prodiones machinantur; deinde nõ cõuersari diu cum secularibus, sed tantum quantum opus est, & deinde redire in Bethaniam, id est domum obedientiæ, vbi mandata Dei seruantur. 3. considera Christum in eodem templo misericordiam

DE V
miscuisse
rit sacrileg
nauit, & a

ME

De A

M

De A

C
Cres
dormita
illa inge
psalteriu
filii sui g
Deinde
pente co
gloria i
laxitia p
aliqua
rit. Si e
cio de f
se fuit,
lores &
ros eu

miscuisse cum seueritate, quia licet eiecit
sacrilegos, tamen cæcos & claudos sa-
nauit, & alios in vita pia & sancta instituit.

MEDITATIONES

De Apparitionibus residuis post
Resurrectionem.

MEDITATIO XXV.

De Apparitione facta B. Virgini

CONSIDERA, B. Virginem instante
resurrectionis hora, quã sciebat, nõ
dormirasse, sed in oratione subinde verba
illa ingeminasse. *Exurge gloria mea, exurge*
psalterium & cithara magnoque desiderio
filii sui gloriosum reditum præstolatam.
Deinde summo diluculo resplenduisse re-
pente conclaue & filium cum admirabili
gloria illi astirisse, cor autem B. Virg. tanta
lætitia perfusũ fuisse ex illustri aspectu, vt
aliquãdiu ne verbũ quidem profari potue-
rit. Si enim Patriarcha Iacob accepto nũ-
cio de filio suo Ioseph superstite vix apud
se fuit, quid post tantas contumelias, do-
lores & cruciatus filii tanta gloria cõpẽsa-
tos euenisse putamus B. V? 2. perpende,
non

1.

Psa. 56.

Gen. 45

non solum Christum ei apparuisse, sed etiam sanctissimos quoque Patres Adamum, Abrahamum, Dauidem aliosque prophetas, quibus summum gaudium erat oculis videre totius humani generis redemptoris matrem.

2. Considera, quænam fuerint colloquia filii & matris, quæ arcana matri filius enarravit; ut, quid in ædibus Pontificum antequam duum perpeffus fuerit, quomodo anima à corpore excesserit, quid apud inferos egerit, quantam gloriam sit adeptus; qua narratione omnem inestitiam superiorum dierum detulit. 2. perpende quando gaudio affecta fuerit, cum videret gratiosissimum filium vultu suo candori restitutum, quando sensit vultus sui lacrymas sacris eius manibus abstergi, cum potestatem factam sibi videret, ut in suavissimos diuinorum brachiorum rueret amplexus. Vide eam cum summa veneratione ad genua eius, adorandi causa, se prouoluentem, & sanctissima vulnera pedum, manuum, atque lateris cum incredibile consolatione exoseculantem, & exclamantem. Verè fili mi secundum multitudinem dolorum meorum, consolationes tuas nunc letificauerunt animam meam.

3. CONSIDERA, quid B. Virgo totis 40. diebus,

DE VI
diebus,
apparuit,
filius qui
dum exhib
tri, eam m
rificè con
sua, de fid
ronis, de
multis p d
nos, quib
patronam
sanctos A
reculisse il
paruerat,
Spiritu sa
vendi con
pastore co
nem, quæ
nicallè, e
se ad perp
ationes no

ME

De appa

PETR
uerauit
Confide

diebus, quibus filius in terris rediuius apparuit, egerit. Nec enim dubiū est, quin filius qui toties apostolis, & aliis se videntum exhibuit, crebrius etiā adfuerit matri, eam multis de rebus instruxerit, & mirificè consolatus fuerit, multa de Ecclesia sua, de fidei propagatione, de martyrum coronis, de sua & beatorum gloria, aliisque multis pdixerit: omnes deinde Christianos, quibus illam cōstituit aduocatam & patronam, illi commendarit. 2 perpende, sanctos Apostolos, & imprimis B. Ioannē retulisse illi quæcūque à filio, quoties apparuerat, audierint: vt de insufflato in eos spiritu sacto, de potestate peccata remittendi concessa, de Petro omnium fidelium Pastore constituto. Contra verò B. Virginem, quæ ipsa audisset Apostolis communicasse, eosque consolata fuisse, & erexisse ad perpetuandas fortiter omnes persecutiones nomine CHRISTI inferendas.

MEDITATIO XXVI:

De apparitione facta Mariae Magdalene. Marc. 16. Ioan. 20.

PETRO & Ioanne digressis, Maria perseverauit ad monumentum foris plorans. Considera Petrum & Ioannem, qui simul
cum

cum Maria ad monumentum venerat, amore occupatos abiisse, Mariã verò misisse impavidã; cum enim perdidisset Magistrum super omnia dilectũ, nihil putabat superesse in mundo q̄ perderet, qui cum ipso & vitam & omnẽ sp̄e suam perdiderat. 2. perpende, solam Mariam moruisse videre Christũ, quia ibi perseveravit. Deº enim nõ remunerat actiones nostras, nisi in illis perseveremus. 3. nota, Mariã stetit iuxta sepulcrũ & plorasse, quia vita animæ sanctæ in hoc exilio est, sepe stare iuxta sepulcrũ Christi considerando amarissimã eius passionẽ, & peccata, propter q̄ Saluator mortuus est, deplorando.

2. *Flens ergo inclinavit se & prospiciens in monumentum vidit duos angelos, dicentes. Mulier quid ploras? Et respondit. Tuleram Dominũ meum, & nescio ubi posuerunt eum. & conuersa retrorsum, vidit Iesum, idem rogantem. Cõsidera Mariam nõ cum stare, sed cũ inclinaret se in monumentũ, & introspectisset, dignã factã visionẽ & angelorum & Domini; vt discas tempore orationis & cõtemplationis rerũ cõlestium, te demittere etiam ad cõsiderationem tuarum imperfectiõnum & lapsũ, ac humiliare te coram potenti manu Dei tanq̄ gratia*

gratia indignū, & ilico aderit angelica cō-
solatio. 2. cōsidera, quādo in oratione nō
inuenis statim Christū, hoc est, consola-
tionē spiritualē, te non debere ab ea desi-
stere, sed perseuare cū compūctiōe &
desiderio, auxiliūq; Sanctorum menti oc-
currentiū implorare, vsq; dum cōpareat.

*Putans autem Iesum, quem videbat, hor-
tulanum esse, Domine, ait, si tu sustulisti eū,
dic mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollam.
Tum Iesus. Maria. Et illa. Rabboni. Tum Ie-
sus. Noli me tangere, nōdum enim ascendi ad
patrē meum. Cōsidera Mariā quidem Iesū
vidisse, quia amabat, sed non cognouisse,
quia imperfecta erat in fide; vt discas, quā-
do imperfectiones nimis multas miscemus
amori nostro in Deum, fieri vt nō magnū
gustum spiritualē in diuino seruitio sentia-
mus. 2. nota Mariā simularq; agnouit Do-
minū inconsideratē cucurrisse vt illū am-
plexeretur, & ideo repulsā passam; vt di-
scas, si quādo ex singulari Dei gratia ani-
mus in oratione exardescat ad aliquod o-
pus bonam faciēdum, discretionē & pru-
dentia in eo exequēdo vtare, & sedulo cir-
cumspicias, quid tēpori, loco & personæ
tuę vel aliēę cōgruat. 3. nota, Christū ap-
paruisse in hortulani specie, vt discas imi-
tari, pprietates hortulani. Eius munus est*

hortū colere, & instruere arboribus, stir-
pibus & herbis fructiferis, & hominis pi-
atq; Christiani, si saluus esse velit, est hor-
tum animæ suæ colere & exornare opti-
mis spiritualis doctrinæ, virtutumque de-
cumentis & exemplis.

MEDITATIO XXVII

*De apparitione facta 7. discip. piscan-
tibus. Ioan. 21.*

X. **D**ISCIPULI CHRISTI *septem cum no-*
cte piscantes nihil cepissent, & manna
littore Iesus petiisset, num pulmentarium ha-
berent, id est, pisces? respondere, nō Confident
eos noctu piscari, & sine fructu laborare,
qui opera bona exercent in peccato moti-
tali, vel q̄ in bonis operib⁹, nō Dei gloriā
animarū salutē, sed sua tantū cōmoda, ve
humanam gloriā oculis propositā habēt
Vel qui proprio iudicio & voluntate, non
Superiorū, nec inuocato Christi auxilio,
opus licet bonū aggrediūtur. *Qui enim*
*colligit mecū, ait Christus, dispergit. & com-
dera Christum Apostolis apparuisse me-
catoris specie quasi pisces vellet emere, ut
quæstione illa factus familiarior, eadē ad
miraculū veniret. ut discāt, qui alios Chri-
sto lucrari volūt, primū familiares miscere*

sermo.

sermones de mercature, militia, negotio-
rum aliorum successu, quod experti bonum consilium
meliora consulentibus. deinde facilius credant.

Ait Iesus. Mittite rete in dexteram. Fa- 2.
cunt, et tot capiunt, ut rete attrahi non pos-
set. Iohannes ait: Dominus est. Petrus mox nu-
dus in mare profilit, alij ad littus cum reti
properant nauigio. Considera mirabilem
obedientiam vim, qua effectum est, ut lon-
ge minori labore Apostoli maximum fru-
ctum fecerint. Tota enim nocte suo nutu
laborantes nihil ceperant, nunc alienoni-
tentes pisces spe omni plures & maiores.
Noctu ad sinistram incerant rete, quia sua
tantum commoda spectabant, nunc autem
ad dexteram, quia quod egerunt, propter
Deum & Christi gloriam egerunt. 2. Con-
sidera, Ioannem antea alios cognouisse Chri-
stum, quia illi sunt capaciores diuinarum
rerum, qui cum Ioanne mente & corpore
sunt puriores, & castiores, teste Hierony-
mo. *Beati enim mundo corde, quonia ipsi Deum Ep. ad
videbunt.* Petrus autem nudus abiicit se in Pam-
mare, quia quam primum anima gustat, *mach.*
quam suavis sit Dominus, eiusque iugum, mox
nudus nudum omnibus impedimentis ab-
iectis Christum optat sequi, & cum eo ma-
re tribulationum & crucis calcare, licet

alij malint trahentes rete, id est, onus temporalium bonorum, manentesque in nauis id est seculo, ad littus salutis paulatim tēdere.

Apostolis attractis 153. piscibus in littus, et
 3. *viderunt prunis impositum piscem, Iesus ad prandium inuitatis panem & piscem distribuit.* Considera, sicut Iesus, dū illi piscantur nutu suo, parauit eis prandium & coxit piscem, ita dum nos hic in diuino seruitio fatigamus, ipsum in caelis parare conuiuium, quo nos excipiat, & coronas, quibus laborem nostrum remuneret. 2. considera iucundum & felix hoc conuiuium. Vide quomodo Dominus, q̄ paulo ante pro consueta humilitate sua & caritate cocum egerat, iam in prandio agat & ministrum porrigat panem & piscem, simulq̄ cum illis comedat. Stabant boni discipuli, non audentes loqui præ reuerentia & stupore, re- lut oues circum pastorem, aut filij circum amantissimum patrem, tantoq̄ gaudio spiritu & corpore perfundebantur ut lachrymas solueretur: quæ non alia de causa facta sunt, quam ut crederent verè eum resurrexisse, & post labores huius vitæ ad littus, id est, ad vitā æternam venerint, se remunerandos 2. considera per prunas ignem

DE
 ignem Spiritum
 Christum
 verò mem
 Eucharistia
 mum con
 huius mar
 ritus sanct
 rectore ca
 u quo ign
 accebram
 ti 2. sequ
 tina, si ign
 M E L
 De App

V Ndec
 in mo
 vident e
 hanc præci
 tam Chri
 tionē secur
 derocatio
 postolos &
 lamentū H
 gaudio sol
 are, quas e
 nus, 2. not

ignem Spiritus sancti, per piscem assum
Christum passum in veru crucis, per panē
vero memoriale passionis, id est, sacram
Eucharistiā designari, vt tria tibi potissi-
mum commendata habeas in laboribus
horis maris vel mundi, primum ignē spi-
ritus sancti, id est, gratiam vel ardentē in-
fectore caritatem in Deum & proximum,
in quo igne caritatis & Christus passus est.
Secundam meditationem passionis Chri-
sti, sequentem communionem Eucha-
ristie, si ignem illum conseruare velis.

MEDITATIO XXVIII.

De Apparitione in monte Galilea

Matt. 28.

Vndecim discipuli abierunt in Galilaam
in montem, vbi constituerat illis Iesus,
et videntes eum adorauerunt. Considera,
hanc præcipuā fuisse Christi apparitionē,
in qua Christus in ea ostēdit, quāta suā pas-
sionē secuta sit gloria, & potentia, arcanū
seruatiōis gentiū discipulis aperuit, A-
postolos & Episcopos orbis eos fecit, & fū-
damentū Ecclesiæ iecit: vt discas, quanto
gaudio soleat præteritas afflictiones cōpē-
rare, quas cū Apostolis, p̄ Christo sustinueri-
mus. 2. nota, nos verū spiritū homines cō-
sequi.

Cc 2

uertendi accepturos, quādo cū Aposto-
lis deserta valle, id est, huius seculi cōmo-
dis ascenderimus montē perfectionis, &
soli Christo, confixi cum eo cruci, adhae-
rimus.

2. *Et accedens eos Iesus dixit. Data est mihi
omnis potestas in caelo & in terra. Euntes
ergo in totum mundum, docete omnes gentes
seruare mea praecepta, & baptizate, &c. Cō-
sidera summam humilitatem Christum
gloriosi, qui cum, vt Deus omnem potes-
tiam habuisset ab aeterno, & vt homo,
primo momento cōceptionis datam ha-
buisset, tamen ita loquitur ac si post resur-
rectionem prius accepisset, ad confusio-
nem nostram, qui in omnibus rebus gloriam
honoris nostrum querimus, & dona nobis,
nō auctori Deo ascribimus. 2. cōsidera
ra, quantū gaudiū obortū sit in Apostolo-
rum animis, cum primū intelligerent Chri-
sto tantam potentiam post passionē & re-
surrectionem contigisse, vt non solum in
omnibus huius vitæ infirmitatibus & in-
commodis esset liber; sed tantus caeli & ter-
ra Dominus, vt & opitulari eis possit de-
inceps in terra & in caelo regnum aeternum
conferre, deinde cum audirent sibi etiam
eandē quadantenus potestatem conferri,*

DE
vt nimi
predica
mines a
ad quie
Qui
uicent,
lent, agr
osque a
ra, illuc
operan
iuuand
monia
sionem
tiam D
ant, si d
auerfer
rae san
perfect
manea
qui fid
tar se n
sed op
runum
erit ad
omni
licet,
& mu

vt nimirum toto orbe liceret Euangeliū
 prædicare, peccata remittere, & omnes ho-
 mines ad salutē adducere. 3. nota eos non
 ad quietē, sed ad magnos labores vocari.

*Qui crediderunt, in nomine meo demonia
 eiciunt, linguis loquētur nouis, serpentes tol-
 lent, agros curabunt. Et ecce ego vobiscum sum
 usque ad consummationem seculi. Confide-
 ra, illud esse veræ fidei viuz per caritatem
 operantis argumentum, si zelū proximos
 iuuandi habeamus, vt si efficiamus, vt dæ-
 monia eiciant, id est, peccata per confes-
 sionem euomant, si ea loquamur quæ glo-
 riam Dei & salutem animarum promoue-
 ant, si dolos & fraudes serpentinas mundi
 auersemur, si vacillantes in via fidei vel vi-
 tæ sanctæ monitis nostris reducamus, si in
 persecutionibus cōstantes in pietate per-
 maneamus fiducia omni coniecta in Deū,
 qui fidem suam non fallit, cū hic promit-
 tar se nobiscum futurum & quidē nō serō
 sed opportunè *Ecce enim presēs & oppor-
 tunum designat tempus, q. d. quoties opus
 erit adero. Ego autē significat eum, qui ex
 omnibus periculis liberare queat; ego sci-
 licet, qui principem huius mundi, mortē
 & mundum totum iam expugnaui.**